



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

Innocentius VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](#)

ANNO
1484.

quibusunque seu si Duci & Consiliariis praefatis vel quibusvis alii communiter vel divisi à Sede præfata indulsum existat quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de induito hujusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentium litterarum publicatio in valvis Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe & audientiæ litterarum contradictarum facta, perinde ipsum modernum Ducem & ejus Consiliarios ac prefatos monitos acri, ac si eis & cuilibet eorum personaliter & præsentialiter insinuatæ fuissent, Personas ipsius Ducis fratrum & Patruorum suorum ac eorum conjugum à supra dictis censuris eximentes, penitus juris & Constatutionum Apostolicarum in suo robole permanentibus. Nulli ergo omnino hominum licet, hanc paginem requisitionis, motionis, mandati, assignationis, promulgationis, subjectionis, statuti, ordinationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contra ire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadragesimo octuagésimo tertio, Tertio Non. Februarii, Pontificatus nostri anno tertio decimo.

Jo. de Madiis.

INNOCENTIUS OCTAVUS PONTIFEX CCXVII.

ANNO DOMINI MCDLXXXIV.

Innocentius Genuensis nomine Joan. Baptista Cibo anno 1484. Principibus Christianis contrâ Turcam concitatis, rem suam impense ampliavit: a Carolo VIII. Galliarum Rege, Zizimum Fratrem Bajazetis obtinuit, hac lege nè Româ egredetur: Obiit anno 1492. (*Magni Bullarii Romani hujus Editionis Luxemb. 1727. Tom. I. fol. 429. App.*)

I.
Ex Archiv.
Capituli
Genevensis.

Bulla Innocentii Papæ VIII. pro confirmatione statutorum Ecclesiæ Cathedralis Genevensis: an. 1484.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Acro Sanctæ & militantis Ecclesiæ gubernacula divina disponente clementia meritissimæ imparibus tenentes in terris de benignitate Sedis Apostolicæ provenire debere censemus, ut ea quæ honestate pace & tranquillitate, ac statu prospere Ecclesiæ quarumlibet prudenter, ac salubriter facta fuisse noscuntur, humiliibus præsertim defuper votis potentium intervenientibus Apostolico munimine roborentur.

Sanè pro parte dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ Gebennensis nobis nuper exhibita petitio continebat quod olim ipsi pro felici statu dictæ Ecclesiæ & illius personarum quiete ac divini cultus in illa augmento quam plura

statuta & ordinationes rationabilia & honesta, & sacris canonibus minime contraria diversis successive temporibus ediderunt pro ut in quibusdam litteris autenticis seu quodam libello ejusdem capituli consuetis sigillis munitis, seu munito plenius continetur. Quare pro parte tam dictorum capituli quam dilecti filii Antonii Depoldo ipsius Ecclesiæ Canonici decretorum Doctoris in Romana curia causaque procuratoris nobis fuit humilitate supplicatum ut salutis, & ordinationibus prædictis pro eorum substantia firmiori robur Apostolicae confirmationis adjicere aliasque in præmissis opportune provide de benignitate Apostolica dignaramur. Nos igitur qui cunctarum Ecclesiæ directionem ac statum prosperum & felicem interiori mentis desideramus affectu, quique litteras seu libellum hujusmodi & in illis contenta statuta prædicta in Cancelleria nostra per assistentes in eadem viros probos & honestos inspici & examinari diligenter ac præsentibus inferi fecimus singulares personas capituli hujusmodi ac præfatum Antonium ab omnibus & singulis excommunicationis suspensionis & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis censuris & penis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa lati, si quibus quomodolibet innodatis existant quoad hoc præsentium dumtaxat consequantur effectu absolventes & absolutos fore censes hujusmodi supplicationibus inclinati ordinationes & statuta prædicta ac prout illa concernunt omnia & singula in litteris, sive libellu hujusmodi contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia confirmamus & approbamus ac præsentis scripti patrocinio communimus supplentes omnes & singulos defectus tam juris quam facti si qui forsan intervenierint in eisdem. Et nihilominus quia difficultimum est futuris eventibus in omnibus providere, contingere posset quod nonnulla ex institutis hujusmodi successu temporis aliquâ etiam de causa minus utilia esse viderentur & propriea corrigenda forent eisdem capitulo, dummodo illorum majoris &扇orioris partis ad hoc expressus accedat assensus statuta & ordinationes prædicta corrigendi & mutandis illisque addendi & ab eis minuendis secundum quod pro honore & utilitate dictæ Ecclesiæ ipsi visum fuerit, plenam & liberam auctoritate & scientia prædictis hatum serie concedimus facultatem.

Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibusunque. Tenores vero litterarum, seu libelli, & statutorum, ac ordinationum prædictorum sequuntur, & sunt tales.

Quamvis sacri Canones sanctorumque Patrum & Conciliorum generalium sanctiones graviper sensato consilio edicta promulgata fuerint, non adeo negotiis occurrentibus propter naturæ humanæ varietatem quæ semper conatur novas inventare negotiorum formas, proinde potuerunt quin etiam nova iura condere antiquis non sufficientibus salubre visum extiterit, imo & Ecclesiæ Cathedralibus suppositisque earumdem Dominis venerabilibus Canonis circa ipsorum regimen Ecclesiæ ac conservationem ut in pace & quiete ipsi & minores Ecclesiæ manerent ac viverent statuta & ordinationes condere necessariumque fuerit alia interdum statuta secundum variationem tempus primis addere quibus per Venerabiles Dominos canonici insignis Ecclesiæ Cathedralis sancti Petri Gebennensis pro tempore existentes attente consideratis statuta & ordinationes quæ sequuntur diversis tamen temporibus pro bono & conser-

ANNO
1484.

seruatione

ANNO servatione ipsius Ecclesiae status & omnium
1484. suppositorum ejusdem ediderunt, statuerunt,
ac promulgant. Et quia ceremonia in qua-
cunque Ecclesia rite ordinata ad Dei cultusque
divini honorem inventa populum ac fidèles
Christianos devotos reddit pariter & attentes;
circa igitur Ecclesiasticas cærimonias in divinis
servandas ipsius domum de capitulo de anno in
primos Domini millesimo ducentesimo nonage-
simò secundo die lunæ post pascha in generali
capitulo tunc celebrato statuerunt & ordinarunt
in hunc qui sequitur modum.

Primo quod horæ canonica pulsentur se-
cundum temporis distinctionem & secundum
horologii bene ordinati ac horarum pulsationem
tempora veris & aestus distinguendo juxta con-
suetudinem haec tenus observata.

Item quia in cimbaliis bene sonantibus lauda-
tur Deus & concitatur fidelium corda ad de-
votionem, statuerunt quod in matutinis & ves-
peris fiant quartuor modi distinctione ultra clas-
sum ultimum de quibus prima pulsatio seu mo-
da tantum duret quantum quis moram faceret
in dicendo septem psalmos, ceteræ vero pulsationes
seu modæ, seu bona posa seu intervallo
fiant de unâ ad aliam; ita quod omnes du-
rent per horam integrum; & ultra si festum
propter eius solemnitatem requirat.

Item matutina à pascha usque ad festum
Beati Michaelis pulsentur horâ tertâ & alio
tempore hora quarta vel circa post medianam
noctem.

Item ut magis in solemnitatibus populus ad
devotionem exciteretur, & differentia dierum
solemnium ac ferialium cunctis appareat dis-
tinguita, ordinaverunt quod dictis diebus sole-
nitibus & duplicebus omnes pulsationes seu mo-
dae horarum officiorum solemnitatum prædic-
tarum cum duplicebus campanis ad longum
tractum & debitum intervallum pulsentur tintinnabulum, seu tricodon bene ordinatum
melodiosum cum debita mensura faciendo; ceteris
vero diebus pro qualibet pulsatione seu
moda sola & unica campana modo proxime
ordinato pulsentur.

Item ordinaverunt quod campana secunda
post majorem pro idibus pulsetur in aurora &
tunc in continenti missa prima aurora in Ec-
clesia celebretur, qua finita secunda in continen-
ti incipiat & successivè aliae ordinariae modo
prædicta sine defectu secundum tabulam cele-
brantur, pulseretur prædicta campana pro ser-
monibus & processionibus generalibus ac con-
fratribus, nisi alterum capitulum & causa legitima
dixerit faciendum.

Item prima seu officium primæ à pascha
usque ad festum Beati Michaelis pulsetur horâ
septimâ & à festo beati Michaelis usque ad
pascha annis singulis pulsetur hora octava cum
duabus modis certis votochetis intermediiis
secundum quod est consuetum subsequenter of-
ficium tertie pulsetur antequam incipiat exulta-
bunt. Sexta vero in continente post elevatio-
nem corporis Christi magnæ missæ.

Item nona cum vespere tempore aestuali sub-
scripto pulsetur hora secunda post meridiem &
tempore vernali hora prima vel circa ita quod
omnes modæ durent per horam integrum mo-
do & forma quibus supra in matutinis extitit
ordinatum.

Item statuerunt & subsequenter post offerto-
rium magna missæ in elevatione corporis Christi
ad excitandum corda fidelium prædicta secunda
campana ab una parte tangatur, imo & tintin-
nabulum clocheratum ut adstantes in Ecclesia
ad devotionem commoveantur.

Item statuerunt quod officium primæ in
quadragesima pulsetur hora septima & duret us-
que ad horam nonam vel circa & completo-
rium tempore prædicto pulsetur hora prima
post meridiem & duret usque ad tertiam horam
cum dimidia, alio vero tempore per annum
completiorum hora octava pulsetur demptis
solemnitatibus in quibus hora septima pulse-
tur.

Item statuerunt quod capitula ordinaria quæ
sunt duo in septimanâ videlicet mercurii & vene-
ris, à pascha usque ad festum beati Michaelis
pulsetur horâ sextâ & alio tempore horâ sep-
timâ quæ in quadragesima propter sermones
horâ octava mutentur & tunc Martis ac Jovis
propter processiones ordinariæ capitulum con-
gangeretur, & duret ipsius capitulum per horam
in quibus singulis capitulis tres solidi præsen-
tibus distribuantur & præsens dicitur quilibet
qui infra horam ordinatam venerit & durante
capitulo in eodem fuerit.

Item quia diebus festis maxime solemini-
bus Domini Canonici missas suas circa prædi-
ctam horam capitularem communiter celebrent,
ut in officio chori & missa majori post modum
valeant interesse, hoc ideo ordinaverunt
dicta capitula cum Kalendis, si & quando
prædictis diebus solemnibus occurrere con-
gerit transferri retro maius altare in exulta-
bunt in quibus omnes interessentes describun-
tur.

Item statuerunt & ordinarunt quod facta &
negotia capituli maximè in rebus arduis, &
alijus importantiæ semper expediantur in lo-
co capitulari ordinato ad sonum campanæ,
nec alibi expediti possint; quod si contrarium
factum fuerit illud sit irritum & inane & in
premissis omnino sanctæ crucis interdictum

archa.

Item ordinaverunt & statuerunt quod in
prædictis capitulis & negotiis capituli peragen-
dis post Dominos Præpositum, qui tempore in
primo & cantorem qui in loco præsident qui-
libet ex Dominis canonici sedere debeat vocem
que suam dare & notare in gradu suo secun-
dum ordinem suæ receptionis à primo recepro
incipiendo & cum reverentia, ac honestate de-
bitis usque ad ultimum prosequendo sine qua-
cunque alterius loquentis interruptione & quod
per majorem partem capituli vixum fuerit &
ordinatum illud per Dominum Præpositum re-
solvi debeat & concludi, ac vota singulorum
exquiri vel per Dominum Cantorem, in ejus
absentia aut per seniorem Canonicum in recep-
tione tunc præsentem in defectu & absentia
prædictorum.

Item statuerunt quod si contingat quod ab-
sit aliquem de capitulo in eodem dicere ali-
qua verba injuriosa proferre in personam sin-
gulorum & cuiuslibet ipsorum eo ipso & in
continenti de capitulo ejiciatur distributiones
que octo dierum sequentium omnino perdat &
ulterius secundum quantitatem delicti per
capitulum puniatur.

Item statuerunt & ordinarunt quod matutinæ
& alia horæ canonicae magna missa omnia-
que officia & cetera quæ in choro cantantur
officium quoque mortuorum dicantur & can-
tentur cum debitâ intonationibus & paucis se-
cundum dierum occurrentiam & differentiam
videlicet ferialium novem lectiones duplicum
& solemnium.

Item statuerunt quod si in matutinis vel aliis
horis canonici fiat defectus seu scandalum per
aliquem intabulatum non propter hoc cessetur
a matutinis vel aliis officiis quemadmodum

A N N O
1484.

temporibus

ANNO
1484.

temporibus retroactis factum exstitit, sed defectus talis per alium sine murmure suppleatur etiam si jam officiaverit morem metropolitanum.

Item nostræ Vignensis Ecclesiae insequendo, sed pœnam debitam sic deficiens persolvat.

Item morem antiquum insequendo ordinaverunt quod matutinæ totius anni semper dicantur & cantentur de mane in continenti post pulsationem ultimæ moda, seu classis sine magno intervallo demptis & exceptis quatuor solemnitatibus sequentibus, in quibus de sero dicantur propter indulgentias in ipsis ordinatis videlicet Eucharistæ Domini nativitatis, Apostolorum Petri & Pauli beati Joannis Baptista, Petri ad vincula, etiam & assumptionis Virginis gloriose.

Item ordinaverunt, quod Dominus Canonicus vel alius die Dominica celebrare debens cum Diacono, & Subdiacono vestibus sacris induitus cruce præente cum cereis ardenteribus aquam alta voce & solemnitate in choro benedicat.

Item statuerunt & ordinaverunt quod cum venerabilis Dominus Canonicus vel alius ad missam principalem celebrandam deputatus venire voluerit introitu missæ per cantores in choro finito, & per ipsos incipiendo Gloria Patri, exeat tunc à Sacrificiæ præcedentibus Diacono & Subdiacono vestibus sacris induitis composto passu incidentibus, cum ingenti devotione ordinate processionaliter & simul ut non fiat pauca, & distantia inter eos inveniente ante altare Diacono, à dextris, & Subdiacono à sinistris celebranti assistentibus & Introibo more solito incipientibus procedant ad divinum officium, & qui in præmissis defuerit pro qualibet vice sex denariis perdat levandas super salario & suis primis emolumentis applicando fabricæ pro medietate & supplenti defectu pro alia.

Item ordinaverunt quod omnibus diebus diebus solemnibus & duplicitibus in matutinis majori missa & utrisque vesperis per parvum operarium sumptibus fabricæ horis debitibus, & ordinatis præparetur incensum.

Item ordinaverunt quod matricularius Ecclesiæ in celebratione missarum magni & parvi altaris hostiam puram & vinum rubrum bonum sine quoconque malo sapore sumptibus suis ministret pro quibus ministrandis, à capitulo certam percipit pensionem.

Item ordinaverunt quod omnia ornamenta altaris & quæcumque indumenta sacerdotalia necessaria parvus operarius ministrare teneatur, & sub custodia regere & gubernare, ac illa mundicare & manutenerre expensis operis.

Item statuerunt quod cum Diaconus & Subdiaconus vadent ad dicendum Evangelium per chorūm in pulpito superiori, incedant gravi & lento passu præcedentibus semper cereis & in solemnibus & duplicitibus festivitatibus thuribulo quo Evangelio expleto, librum quem portavit Diaconus reportet Subdiaconus celebrante osculandum, demum si festumsolemne fuerit per altas sedes chori Dominis Canonicis liber portetur osculandum thuribulo præcedente.

Item statuerunt quod nullus in altari officians, vel celebranti assistens portare præsumat chirothecas in manibus, neque calopedia seu pativos nemoreos in pedibus ad strepitum vel sonitum pedum per chorūm evitandum, sub pœna pro qualibet & qualibet sex denariorum fabricæ applicanda.

Item statuerunt quod nullus de habitu intret chorūm per aliquam portam ipsius quin intran-

do faciat reverentiam, & humiliter versus magnum altare se inclinet.

Item quia contra omnem honestatem est chorūm absentiae tempore quo horæ canonice vel divina in illo dicuntur & celebrantur officia, igitur statuerunt quod nullus ex Dominis Canonicis Vicariis aut Capellaniis eo tempore maximè diebus solemnibus debeat retro altare maius reverentio vel pulpito, ubi leguntur letiones & Evangelia tam in matutinis quam in missa cum socio horas dicere & chorūm dimittre vel absentare sine legitima causa videlet officiandi, vel alijs, quod si quis fecerit distributione illius horæ omnino careat & pro absente reputetur.

Item ordinaverunt & statuerunt quod nullus Canonicus aut quicunque alias Ecclesiasticus in eodem choro dum ut supra celebantur divina cum socio officium suum dicere debeat nisi cantando & cum aliis de choro psalmodiando, neque breviarium proprium eo tempore tenere, sed cum devotione si cantare non possit divinum audiat officium.

Item ordinaverunt quod nullus ex Dominis Canonicis Vicariis, Capellaniis, vel alius cuiuscunquam conditionis existat, dum in choro celebantur divina confabulari vel murmuraciones facere præsumat in eodem neque in aliqua varia & oriosa verba dicere, aut gestos in honestos facere sed debitum & honestum silentium ibi servetur, quod secus fuerit factum per aliquem & reprehensus in continenti non desisterit, percutiantur formæ in ejus confusione, & distributionibus illius diei careat.

Item quod nullus ex Dominis Canonicis vel alius de choro habituatus prope magnum altare vel parvum retro missam magnam audiatur, sed postquam ibi dixerit, confiteor retrahat se missam auditurus ad chorūm in stallo suæ receptionis sub pœna perditionis illius missæ & pro absente reputetur.

Item quod nullus ex Dominis Canonicis vel de choro habituatus tempore missæ magnæ, nec etiam quo horæ in choro cantabuntur canonicæ orationem peculiarem coram ipso magno altari facere præsumat; sed installatus in choro suæ receptionis Deum humiliter ac devote exorit.

Item ordinaverunt quod quilibet ex Dominis Canonicis dum divina celebantur officia ac horæ cantabuntur canonicæ cum ingenti devotione stet installatus in choro superiori, in quo fuit receptus & secundum ordinem suæ receptionis videlicet seniores Canonicæ primo recepti gradatim post Dominum Prepositum ab uno latere, & ex alio choro post Dominum Cantorem, & si aliqui ex senioribus voluerint (est) potuerint installare in summitate chorū à parte magni altaris, & quilibet contra faciens pro absente reputetur.

Item statuerunt & ordinaverunt quod nullus ex Dominis Canonicis vel habituatis de choro ad chorūm transire vagando profumat, quando horæ dicuntur, nisi causa officiandi, vel alia urgente necessitate, neque inter magnum altare, & Lampadarium quovis modo, sed maneat installatus in loco suæ receptionis & qui contra fecerit pro absente reputetur.

Item statuerunt, quod nec etiam, cum causa legitimâ quis transire debeat de choro ad chorūm, inter cordas campanarum chori, & lecternum ante cantores, sed per retro dictos cantores, & supra cordas, à parte majoris altaris, & tunc cum magna humilitate caput inclinando ad magnum altare devotè transeat.

ANNO
1484.

A N N O
1484.

Item statuerunt quod dum horæ in choro dicentur canonicae nullus debeat in eodem dormire, neque sedere maxime dum dicentur Hymni & Psalmi sequentes videlicet (*Te Deum laudamus*) (*Laudate Dominum de celis*) (*Benedictus Dominus Deus Israël*) quicunque vult (magnificat) (nunc dimittit) nec quando missa major celebrabitur, nec quando dicitur Requiem aeternam in horis defunctorum.

Item statuerunt quod nullus Dominus Canonicus sedes superiores chori ascendat nisi fuerit in sacris ordinibus constitutus, nec ad electiones vel alios actus capitulares admittatur nisi fuerit requisitus, nec alias recipiat distributiones, nullamque vocem habeat in capitulo donec fidem fecerit de premissis super quibus nullatinus dispensemetur.

Item statuerunt & ordinaverunt quod nullus in Canonicum recipiatur in insigni Ecclesia Gebennensi nisi legitimæ ætatis de legitimo matrimonio nobilisque ex utroque parente vel altero juriū graduatus, seu in Theologia aut medicina magister fuerit, ac existat, & alias qualificatus secundum Bullam Martini Papæ & per totum capitulum generaliter congregatum hoc fieri debeat.

Item ut tollatur via litibus & discordiis, quæ nuper temporibus premissis exortæ fuerint, & cum gravibus expensis sedate statuerunt & ordinaverunt quod quilibet ad Canonicatum & præbendam Gebennensem admittendus teneatur & debeat ante ejus admissionem & omnia super sanctis Dei Evangelii intrare statuta Ecclesia edicta & edenda per venerabile capitulum penitus ac inviolabiliter observare & totis pro viribus adimplere, nec super dicto juramento relationem vel dispensationem petere, aut impetrare, neque etiam obtenta quod absit, uti, non obstantibus dispensatione & aliis quibuscumque coartatiis etiam auctoritate Apostolica vel alias quovis modo imperatis vel imponendas.

Item statuerunt & ordinaverunt quemadmodum temporibus retroactis extitit observatum, quod novus Canonicus postquam fuerit receptus antequam ad residenciam seu fructus præbendæ vel ad aliquas distributiones admittatur ad decorum Ecclesia & cultus divini augmentum solvat unam capam de panno Sirico sive de auroto usque ad valorem centum florenorum currentium in patria vel ipsis centum florenos realiter & in promptu numeret fabricæ Ecclesiæ applicandæ, nec pro ipsis centum florenis debet recipi pignus, aut fieri venditio redditus annualis.

Item statuerunt quod cuilibet ex Dominis Canonicis solvat & expediat ut supra unum bonetum de escarata pro suo iucundo adventu, octo habitabilitis chori quatuor florenos Diaconi & Subdiacono duos florenos, sex Innocentibus Clericulis chori duos florenos & matriclariorum pro pulsatione campanæ in sua receptione quinque solidos, quemadmodum hactenus ut supra extitit observatum & hoc faciat etiam si alias ad alium præbendam fuerit receptus & premissa adimpleretur.

Item quia ex diversis ad unum Canonicum & præbendam admisisse interdum tribulationes & disceptationes venerabili capitulo evenierunt. Igitur statuerunt & ordinaverunt quod nullus Canonicus quādū super canonicatum & præbendā litem habuerit, etiam si fuerit possessor, nullo modo ad distributiones quotidianas admittatur, sed solum grossi fructus, si requista adimpleretur sibi cedant, & sufficiant, nec etiam ipsa liceat pendente aliam præbendam,

vacaturā, vel vacante optare possit quovis modo mōrem nostra Metropolitanis Viennensis Ecclesiæ insequendo.

Item ordinaverunt quod hebdomadaritus in choro habens officium nullo modo matutinas incipiat introitum missæ, neque vespertas, nisi prius tribus lampadibus accensis ut est consuetum, videlicet una inter duo altaria majora alia ante magnum altare & altera ante imaginem crucifixi.

Item statuerunt quod nullus in choro intonet officium sedendo, sed reverenter stando capite discoperto & devote crucis signaculo munitus cum bono traxi incipiatur.

Item ut cultus divinus à dignioribus maxime diebus solemnibus, magis digne impletatur, ordinaverunt quod diebus solemnibus quibus Reverendus Dominus Episcopus habet officium, sicut officia per Dominos canonicos videlicet cantoria per Dominos Praepositum & canorem.

Item sex primæ lectiones per juniores canonicos septima & octava per Seniores nona per Episcopum tertium & sextum responsoriis per magis antiquos & nonum responsoriis per canores secundum in tabula describentur, & thuribulum per juniores canonicum, & tunc Epistola, & Evangelium missæ dicantur per canonicos in predicta tabula descriptos.

Item ordinaverunt quod diebus solemnibus quibus Domini Praepositus, & cantor vel alii loco ipsorum facient cantoriam nullus ex ipsis alium solum relinquere præsumat; nisi causa Prælato, seu officianti officium præcipendi, nec alicubi cantare debeat, nisi cum cantore suo sub pena perditionis distributionum illius diei fabricæ applicandarum.

Item ordinaverunt quod quandoconque aliqui ex Dominis Canonicis Vicariis, aut de choro habitatis denuntiatum seu injunctum fuerit aliquod officium in choro fiendum per clericulos chori vel alios habituatos illud, cessante necessitate adimplere teneatur sub pena perditionis anniversari illius diei.

Item statuerunt, quod si quis ex Dominis Canonicis in premissis, vel altero ipsorum secundum quod in tabula erit inscriptus defecet pro quilibet defectu: quinque solidos perdat qui in continentis per procuratorem supplenti defectum super emolumentis deficientes pro medietate distribuantur, alia verò medietas Reclotori fabricæ pertineat de qua computate restetur.

Item ordinamus quod nullus in choro duo officia facere præsumat nisi qui in matutinis dixerit tertium responsoriū, qui potest legere septimam lectionem & qui sextum responsoriū dixerit potest legere octavam & in duplicibus vel solemnibus diebus defectu aliorum cantores possint dicere quintam & sextam lectiones.

Item statuerunt & ordinaverunt quod in officiando in choro inferior non possit suppleri vicem superioris, nec cum ipso facere officium, sicut curatus civitatis, pro nec cum canonico, nec curatus forensis pro nec cum curato civitatis, nec capellanus simplex pro curato & cetera.

Item statuerunt quod nullus in dicta Ecclesia neque in civitate portet armutiam de variis grītis, nisi sit Canonicus aut Prælatus sive de octo habitabilitis, vel quibus talis habitus per capitulum ad beneplacitum est concessus, & tunc per tales non canonicos neque Prælatos ad quatuor cursus tantummodo deferatur, nec aliquis dictum habitum grīsum extra clausum nisi in processionibus generalibus deferat sub pena privationis ejusdem.

A N N O
1484.

ANNO
1484.

Item quia temporibus retroactis dictus habitus gratus quasi omnibus perentibus indiferenter datus fuit & concessus etiam probis simplicibus nullius auctoritatis & modicæ reputationis, ita quod præ nimia multitudine portantium dictus habitus vili penditur & contemnitur, statuerunt & ordinarunt quod de cætero nulli detur, nec concedatur, nisi de personis honorabilibus idoneis & qualificatis ad præbendas Gebennensis obtinendas, & tunc fieri debet in capitulo ordinario non alibi, & loco deputato; habitus vero communis ubique in Ecclesia detur per cantorem & in ejus absentia per canonicam seniorem.

Item ad divini cultus augmentum ordinarunt quod in festis duplicitibus intonetur prima Antiphona matutinarum per primum clericulum & innocentem chori intabulatum ad primum responsorium & prima antiphona de laudibus per secundum.

Item secunda antiphona matutinarum per primum clericum secundi responsorii & secunda antiphona de laudibus per secundum.

Item tertia antiphona matutinarum per intabulatum quarti responsorii & quarta antiphona matutinarum, per secundum.

Item quinta antiphona matutinarum per Lectorem tertie lectionis.

Item sexta antiphona matutinarum per primum intabulatum ad quintum responsorium & tertia de laudibus per secundum.

Item quarta antiphona de laudibus per lectorem quartæ lectionis.

Item septima antiphona matutinarum per primum intabulatum ad septimum responsorium & quinta antiphona de laudibus per secundum.

Item octava antiphona matutinarum per primum Cantorem octavi responsorii & nona antiphona matutinarum per secundum.

Item statuerunt quod in festis solemnibus intonentur prima antiphona matutinarum & prima de laudibus per pueros ad candelabra intabulatos.

Item secunda antiphona matutinarum & secunda de laudibus per magnos clericos primi responsorii.

Item tertia & quarta antiphona matutinarum per intabulatos ad secundum responsorium ordine predicto.

Item quinta antiphona matutinarum per primum scriptum, ad quartum responsorium & tercia antiphona de laudibus per secundum.

Item sexta antiphona matutinarum per primum altariensem quinti responsorii & quarta de laudibus per secundum cetera ut supra in duplicitibus.

Item ordinarunt quod nullus de habitu Ecclesiæ illam & minus chorum intrare præsumat tempore quo in dicto choro cantatur vel psallitur, aut sit officium mortuorum sine suo integro habitu consueto; neque ante fores Ecclesiæ stare, nec postquam classi matutinarum mille vel vesperorum pulsati fuerint sub pena quinque solidorum fabricæ applicandorum, si canonicus fuerit, si vero inferior trium solidorum.

Item statuerunt quod nullus intrare chorum intio nec Ecclesiæ nudis tibiis præsumat, sed habeat caligas coloris convenientes honestati clericali sub pena pro qualibet vice sex denariorum fabricæ applicandorum.

Item ordinarunt quod nullus de collegio præsumat ipsum chorum intrare dum in eodem psallitur, nisi prius fecerit primam residentiam quæ prima residentia fit ante finem versiculi primi psalmi videlicet de gloria patri usque ad

Amen, & dicto Amen, nullus debeat intrare, neque si post primam dictam residentiam chorum exiverit possit in secunda residentia intrare post Deo gratias de priori Benedicamus & hoc quod matutinas vespertas vel alias horas quæ residentiam requirunt; in missa vero prima residentia fit ante finem ultimi verbi epistolæ, post quod nulli licet intrare; neque in secunda residentia post finem primæ collectæ communionis in fine missæ exceptis quatuor solemnitatibus videlicet Nativitatis Domini, Paschæ, Pentecostes & Assumptionis Beatæ Mariæ in quibus quondamque quilibet intrare possit residentia non facta, alius vero diebus non licet nisi Rectori parvæ fabricæ procuratoribus capituli & cleris chori ac matricularis dictæ Ecclesiæ qui pro negotiis peragendis possint intrare & exire etiam in prima, tertia, sexta & nona quolibet de Collegio quondamque intrare possit de consuetudine nisi aliud obster ex aliqua fundatione.

Item statuerunt & ordinarunt quod in matutinis vel in magna missa & vesperris illius die existentes & residentiam proxime scriptam facientes suas diurnas residentiae distributiones lucentur, quemadmodum hic & multis aliis ecclesiis Cathedralibus de longæva consuetudine extitit observatum.

Item statuerunt & ordinarunt quod eo tempore quo in choro horæ Canonice dicentur, vel missæ magna, aut etiam parvæ in capellis & altaribus per Ecclesiam celebrabuntur in quibus sacram Dominicum trahatur sacramentum eo tunc nullus ex Dominis Canonicis Vicariis habilitatis capellani aut de choro habituatis debeat spatiando deambulare cum socio per medium navis Ecclesiæ nec per cursus laterales horas suas dicendo sive cum eodem socio vel laico confabulando, & murmurando ne turbent & scandalizent tam celebrantes quam in choro psallentes, & qui contra fecerint si canonicus fuerint arbitrio Domini Praepositi & capituli si inferiores Domini Cantoris puniantur.

Item ordinaverunt quod nullus portans habitum Ecclesiæ intra ipsam Ecclesiam, dictum suum habitum teneat, aut reponat conservandum, & qui contrarium fecerit pro qualibet vice solvat, si canonicus duos solidos, si habituatus sexdecim denarios, si altariensis duodecim denarios, si magnus clericus sex denarios fabricæ applicandos & exigendos per procuratorem dictæ fabricæ super emolumentis anniversariorum sine remissione.

Item statuerunt quod nullus generalem vel aliam quondamque particulariem intret processionem nisi post crucem quæ anteferrur de choro in gradu suo exierit, antequam ipsa crux fuerit in navi Ecclesiæ extra portam chori, quam postquam debite intraverit usque in finem non licet absentare.

Item ordinarunt quod omnes processiones generales Dominus Cantor ex ejus officio habeat ordinare, & per suam bidellam, illas dirigeret conducti facere, nisi per Dominos de capitulo alter fuerit dispositum & ordinatum.

Item statuerunt & ordinarunt, quod processio cum cruce magnam portam claustrum non exeat pro funere alicuius aut sepultura, nisi fuerit corpus vel supra, aut ex comitibus marchionibns vel aliis principibus superioribus.

Item ordinarunt quod in processionibus tam generalibus quam particularibus omnes de collegio habituati in gradu sua receptionis & vocationis Bini & Bini incedant innocentes clericuli chorii primi post crucem, & deinde magni

clericu

ANNO
1484.

ANNO
1484.

Clerici subsequentur Capellani non Altarienses, deinde ipsi Altarienses, & post curati forenses, deinde curati civitatis & post habitum grisum deferentes, deinde habilitati & postremo Domini Canonici juniores, qui semper seniores procedant secundum ordinem suae receptionis, ita quod post Dominum Cantorem Dominus Praepositus ultimum locum obtineat qui dignior & honorabilior reputetur.

Item ordinarunt quod Canonicus in praedicta Ecclesia per summum Pontificem ercatus sub expectatione præbenda in processionebus cum ultimo habilitate, vel grisum deferente, si dispars fuerit, vel cum juniori Canonicus præbendato & etiam idem junior Canonicus præbendatus cum ultimo habilitate vel grisum prædictum deferente, si fuerit dispars, incedere debet, nec tamen idem Canonicus creatus in Ecclesia aliquas percipiat distributiones, donec præbendam aliquam pacifice fuerit asseditus.

Item ubicunque fuerit processio sive in Ecclesia vel extra statuerunt quod nullus de choro habituatis, qui in ea cum aliis non fuerit se in conspectu dictæ processionis audeat præsentare sub pena pro quolibet & qualibet vice duodecim denariorum fabricæ applicandorum.

Item ordinarunt, quod singula nomina Domini minorum Canonorum per ordinem secundum eorum receptionem in libro Regulæ scribantur, ut in processionebus, & actibus capitularibus appareat quis primus vel posterior fuerit, & ille prior vel primus esse dicatur, & senior qui primum manualiter in choro extiterit libratus, licet alius forte primo extiterit installatus & receptus, sed non libratus.

Item ordinarunt quemadmodum à longo tempore exitit observatum, quod die sancti Joannis Evangelistæ Canonicus per capitulum deputatus cum choro processionaliter vadat ad prioratum Sancti Joannis prædicti extra muros civitatis missam magnam celebraturus & ibi per chorum solemniter dicantur, & cantentur prima, tertia, sexta cum missa prædicta oblationes ibidem provenientes quascunque ab hora quā intrat ipsam Ecclesiam usque ad exitum, nomine capituli recepturi.

Item statuerunt quod tam Domini Canonicus quam cæteri de collegio habituati omnes defrarent vestes honestas, non nimia longitudine vel brevitate notandas, non viles nec nimis pretiosas ad latus & retro confutatas, nec apertas more laicorum, neque rubri seu viridis coloris, manicas non nimis latas, vel arctas, neque in aliqua sui parte incisas secundum prohibitionem factorum canonum & qui contra fecerit, si Canonicus Capituli, si inferior Domini Cantoris arbitrio puniatur.

Item statuerunt quod comam neque barbam nutriant, sed cum debitum coronis radi faciant ad minus infra quindecim dies & ii qui circa altare inserviunt infra octo dies radantur.

Item ut distinguantur Clerici à laicis ordinarunt quod nulli ex Dominis Canoniciis, seu de collegio habituati in baptismis, sponfaliibus, sepulturis vel quibuscumque honoribus fendi, vel alter qualitercumque per civitatem ipsos contigerit ambulare pileis, seu capillis vel cornatis more laicorum utantur.

Item ut fidelis populus magis ad devotionem trahatur, solemnitatem Epiphaniae que inter alias solemnitatem saum locum obtinet ordinatum statuerunt quod ipsa die festi Epiphaniae horæ missæ siant tres Reges videlicet unus & primus ex Dominis Canoniciis secundum ordinem suæ receptionis tam præsentibus quam absentibus & qui in posterum fuerint. Deinde se-

cundus Rex, unus ex curatis civitatis ordine inter ipsos servato & tertius Rex & curatus forensis senior & altariensis residentiam faciens in Ecclesia Gebennensi, licet sit junior altariensis dum tamen res ederit per annum integrum, qui cum solemnitate consueta in Ecclesia dicant Evangelium, & oblationem faciant in missa ut est consuetum.

Item ordinarunt pro oneribus supportandis habitatorum seu Vicariorum chori quod Canonicus qui fuerit Rex illo anno solvere teneatur in manibus procuratoris capituli sine quacunque contradictione viginti quinque florenos pro quibus omnia emolumenta in Ecclesia per ipsum lucrata una cum præbenda sua maneant obligata.

Item statuerunt quod curati prædicti forenses & altarienses in Ecclesia residentes & percipientes in communitatibus altariensium vel clericorum chori intabolentur per annum in matutinis ad septem responsoris.

Item ordinarunt quod si quis ex Dominis Canoniciis habitat curatis Vicariis Altariensis vel consilis ipsius Ecclesiae in pœnitis cæremoniis in non observando negligens fuerit, vel ipsa præcepta, & ordinationes transgrediendo excellerit, & contravenerit vel non observaverit correctioni quoque directè vel indirecte resistenter, & defectum vel errorem in continentia aut monitus non emendaverit ultra pœnas in singulis statutis descriptas arbitrio capituli, si canonicus fuerit, si vero inferior Domini cantoris puniatur.

Item statuerunt quod quæcunque beneficia cum cura vel sine cura exceptis præbendis & dignitatibus superioribus ad provisionem capituli in habenda seu communi spectantia cum eo vacare contigerit, tunc si sint capellæ per capitulum in iisdem Rectores instituantur, si vero beneficia curata revertendo Domino Episcopo per præsumptum capitulum Rectores instituendi præsententur.

Item ordinarunt quod si prædicta beneficia cum cura vel sine cura solita sint dari aut conferri per particularem hebdomadarum, tunc officium habentem in cantoria illa in septimanâ sua capitulo præsentabit, si sint beneficia non curata, seu capellaniæ, si vero beneficia curata fuerint, illa capitulo præfato nominabit, per eundem, Reverendo Domino Episcopo præsentandum, & si periculum sit in mora ad illa beneficia duobus præsentibus vel tribus Dominis canoniciis nominare vel præsentare possit.

Item ordinarunt, quemadmodum exitit observatum, quod quandocunque vacabit cantoria vel sacristia tunc per hebdomadarum sine contradictione quacunque capitulo præsentetur instituendum.

Item ordinarunt quod nullus Canonicus jam intabulatus absens, à civitate sine licentia generali vel mandato speciali capituli ad prædicta beneficia in sua septimanâ vacantia nominare ut supra vel præsentare possit nisi in Ecclesia seu capitulo sit præsens, & infra suam septimanam usque ad cuius finem expectetur, antequam sequens hebdomadarum possit providere.

Item ne per ignora premissa procedant, quando septimanâ incipiatur pro Domino Canonicus cantoris, quia de vespera ad vesperam quoad officia & solemnitates solemnisantur dies; igitur statuerunt quo ad jus ad beneficia vacantia nominandi vel præsentandi per hebdomadarum septimanam incipere debere in vesperis die Sabbati in continentali intonato. Deus in adjutorium vesperarum in choro, que septimanâ revolutis octo diebus eadem hora terminetur & successori hebdomadario acquiratur.

ANNO
1484.

A N N O
1484.

Item quia tempore quadragesimali vespere ante prandium dicuntur, & cantantur. Igitur ordinarunt quod septimana quoad praedicta beneficia per hebdomadarium nominanda, vel presentanda ut supra in completorio intonato (converte nos Deus & cetera) incipiat & eadem hora revolutis diebus &c. finiat.

Item statuerunt quod nullus Canonicus de novo receptus, & in sua prima residentia ad officium Cantoris pro hebdomadario admittatur, nisi se tali tempore presentaverit, quod suam residentiam integrum centum & duodecim dierum in Cathedra sancti Petri poterit finire, & sic circa festum omnium sanctorum se habeat presentare quemadmodum temporibus retroactis extitit observatum, aliis vero Canonis residentibus qui praedictam residentiam modo ordinato adimplerent, sufficiat quod ante recollectionem fructuum futurorum dictam residentiam faciant & impleant.

Item ordinarunt quod si casu aliquo contingat quod absit, infirmum hebdomadarium in sua septimana ab hoc seculo migrare, tunc capitulum quoad collationem beneficiorum sibi succedat usque ad finem sua hebdomadæ seu septimanæ.

Item ut reducantur ad debitum ordinem Ratauta in ordine facta ordinarunt quod habens septimanam officii ad altare maius in ipsa septimanâ habeat, & cantoriam & collationem seu nominationem aut presentationem ad beneficia ipsa septimanâ vacantia sublato ordine hæc tenus obseruantur.

Item si recurrat septimana nativitatis Domini, paschæ, pentecostes, vel alia solemnis ordinarunt quod illi dies qui hebdomadario substrahi consueverunt nullo modo amplius substrahantur, sed in sua septimana quoad beneficia vacantia sicut alio tempore communis computantur & septimanâ integra maneat.

Item statuerunt quod si aliquis ex Dominis Canonis sine licentia generali vel speciali mandato capituli absens à civitate mensum integrum fuerit, reducatur ad epistolam, nec debeat postquam venerit intabulari nisi in vespere proximis die Sabbati sequenti, & tunc si perierit de mandato duorum Canonorum intabuletur ita quod si in transiit videlicet Dominica die residentiam non fecerit pro non intabulato illa septimana habetur.

Item ut voluntates eorum adimplantur, quibus communiter caverit, quod interessentes in suis anniversariis eorum portionem lucerentur, ordinarunt, quod supervenientes canonici in praedictis anniversariis etiam si non fuerint intabulari suas percipient portiones, in omnibus autem aliis donec dicta die Sabbati ut supra fuerint intabulati pro absentibus reputentur.

Item quia inter opera misericordia computantur mortuos condere, innocentes baptisare & matrimonium solemnitate, statuerunt quod quotiescumque aliqui ex Dominis Canonis fuerint vocati in premisis, vel in aliquo eorumdem in civitate Gebennensi & in ipsis interfuerint pro presentibus in choro quoad residentias & anniversaria communia habeantur.

Item quia per multiplicem dominorum Canonorum residentiam cultus augetur divinus, & iura Ecclesie melius defenduntur, ordinarunt quod nulli ex Dominis Canonis immo nec capitulo licet aliquibus ex canoniceis unius vel pluribus licentiam dare se à civitate abscondi vel Ecclesia, nisi in communi daretur licentia generalis, ex urgente guerra peste vel

alia legitima causa vel in specie alicui seu aliquibus pro negotiis urgentibus capituli, quæ tamen licentia fiat capitulariter de consensu omnium, quibus in casibus suas lucrificant distributiones.

Item statuerunt quod illi qui presentes in Kalenda cujuslibet mensis fuerint in omnibus laudemis & aliis obventionibus quibuscumque in illo mense provenientibus vel presentes vel quando dicta laudemis vel obventiones fiant in ipsis interfuerint & intabulari in illis omnibus suas recipient portiones.

Item ordinarunt quod absentes ex justis causis supra mentionatis pro residentibus reputantur, & ad beneficia in sua septimana vacantia per procuratorem cum speciali mandato nomine, vel presentare possint, quæ tantum valeant quantum si in propria Ecclesia vel capitulo ferent.

Item statuerunt quod quilibet ex Dominis canoniceis residentibus pro prebendæ sua fuisse que particularibus negotiis urgentibus, vel alias per quadraginta dies continuos vel per partes infra annum, residentiae sua Ecclesiam & civitatem in Diocesi tamen, non extra absentare possit in quibus residentias & anniversaria communia lucretur statuto de absentibus sine licentia per mensum integrum in suo robope permanenter.

Item ut honestus & dignus ad decorum Ecclesie officium divinum expletatur maxime in Evangelii, & Epistolis dicendis, ordinarunt probos honestos, & scientificos ad praedicta exercenda quibus statuerunt per quemlibet ex Dominis Canoniceis absentem & non residentem super fructibus sua prebendæ, anno quolibet dati & expediti tres florenos monetæ curfalis omni cessante contradictione.

Item sicut temporibus retroactis ex longissima consuetudine extitit observatum, statuerunt quod nullus Canonicus praedictæ Ecclesie postquam de novo fuerit pacifice receptus, & in sua prima residentia faciat grossos fructus sua prebendæ suos, nisi residentiam in civitate Gebennensi fecerit spatio centum & duodecim dierum Ecclesie sancti Petri in propria servitibus incipiendam in festo omnium sanctorum, ita quod finire debat illam continue vel per partes in Cathedra sancti Petri sub quo nullatenus dispensetur, nisi maneret in studio generali, vel esset Reverendi Domini nostri Gebennensis Episcopi commensalis assiduus vel ad negotia Ecclesie peragenda, à Capitulo destinatus; in his enim omnibus praedictis canoniceis grossos fructus sua prebendæ recipiat omni contradictione celsante; alii vero Canonis residentibus sufficiat ante quod ante recollectionem fructuum futurorum dictam residentiam adimpleant, ut sibi dictos fructus acquirant.

Item ordinarunt quod Canonicus Scholaris migrare volens ad studia generalia licentiam à capitulo accipere debeat & jurare super missale quod ad studium principaliter migrat, causa studiendi ne tali velamento Ecclesia defraudeatur, sedemque facere debeat capitulo quomodo in tali studio studeat litteris Doctoris sui vel Reatoris studii debite sigillatis infra festum omnium sanctorum anni residentiae fiendæ cuius prædicti habere fructus occasione studii sine residentia alios dictos fructus nullatenus lucretur, sed fabricæ accrescant.

Item sicut alii sunt statutum iterum statuerunt quod quicumque canonicus prætendens causam grossos fructus sua prebendæ habendi absque residentia personali consueta ex aliqua prærogativa, vel privilegio quod de illa vel

A N N O
1484.

illis

A N N O
1484.

illis omni anno fidem facere teneatur residentiae facienda cuius praetendit habere dictos fructus sine residentia infra festum omnium sanctorum aliter dictos fructus nullatenus lucretur, sed fabricae applicantur.

Item ordinarunt quod si contigerit aliquem ex Dominis Canonicis decedere ab humanis residentia prædicta centum & duodecim dierum per ipsum non completa, etiam si pro parte illam fecerit, fructus quicunque suæ præbenda & emolumenta quæ sibi lucrificat in vita Cellerario vel fabricæ Ecclesiæ accrescant, nec de talibus fructibus vel emolumentis partim lucrat, aliquatenus inter vivos causa mortis disponere possit.

Item statuerunt quemadmodum de longæ consuetudine fuit observatum quod si contigit aliquem ex Dominis Canonicis ab hoc seculo migrare residentia integra & debita per ipsum penitus completa, tunc grossi fructus sequentes pendentes cum distributionibus in vita sua lucratis omnino suis heredibus accrescant.

Item ordinaverunt quod si contigit Dominum præpositum Cantorem vel Sacristam Ecclesiæ Gebennensis decedere ab humanis residentia prædicta per ipsum non completa, tunc fructus quicunque ut supra & emolumenta præpositurae prædictæ cantoriae vel sacristie Cellerario vel fabricæ penitus accrescant, si vero residentiam requisitam in Dominis Canonicis ut supra compleverit, tunc dicti fructus quicunque cum emolumentis ut supra heredibus suis omnino pertineant.

Item quia dignum & honestum est ut antiquiores canonici præbendas potioribus urantur, illasque habeant juxta consuetudinem tanto tempore in ipso venerabilis capitulo observata, cuius initii memoria in contrarium non existit statuerunt quod vacantiis Canonicatu & præbenda in ipsa Gebennensi Ecclesiæ per cælum, vel deceplum etiam si generaliter vel specialiter reservati præbenda dicti decadentis, aut cedentis vel alias ut supra qualitercumque vacet, possit, & valesat infra viginti dies, à die vacationis noticia per antiquorem, & seniorem canonicum residentem, si voluerit optari, & acceptari, & sua dimitti, quæ per proximorum Canonicum seniorem semper infra alios viginti dies possit, ut supra optari & sua dimitti optanda proximi & sic per ordinem semper de Canonis antiquioribus successive usque ad ultimum Canonicum fieri possit, si vero aliquis optare nolit illo prætermisso aliis succedat & sic semper de una præbenda ad aliam optatis procedat Canonicatu non mutato, ita quod Canonicatum & præbendam requirens illam habeat dumtaxat præbendam que in optata remanebit & de illa sit contentus possessio nemque illarum præbendarum optatarum per quemlibet Domini præceptum de consensu capituli auctoritate propriâ intrare possit absque alterius collatione facienda.

Item statuta antiqua in sequendo de novo ordinarunt quod nullus Canonicus præbendam vacantem vel aliam optare possit nisi presens vere non interpretative vel fictione juris in civitate Gebennensi tempore vacationis præbendæ sic optanda fuerit & seniæ residentia centum & duodecim dierum in persona propria fecerit Ecclesiæ serviendo.

Item statuerunt quod Domini Canonici præbendas suas quas obirent vel obtinebunt pro tempore cum suis fructibus proventibus & obventionibus unus cum alio cessante omni fraude & sine alterius detrimento, ac præjudicio possint permutare si voluerint absque auctoritate.

tatis vel decretri cuiuscunq; superioris requisitione ita ramen & taliter quod Canonicus senior relinquens meliorem & pinguorem præbendam juniori postmodum aliam supervenientem optare non possit, nisi post locum & ordinem junioris cum quo permutavit, quas permutationes capitulo infra mensem teneatur intime & manifestare alioquin nullum fortia tur effectum.

Item ordinarunt quod quilibet Canonicus refusiones quas debet capitulo, vel suo concionario ratione præbenda sua vel alia de causa illas solvat annis singulis infra festum Beati Andreae Apostoli quod nisi fecerit ab inde in antea pro residenti nullatenus reputetur.

Item statuerunt quod de obventionibus vel distributionibus quotidianis & minutis manualibus, seu capitulo generalibus quæ communiter inter presentes dividuntur absentes nihil quodocunque percipient quacunque prærogativa vel privilegio tueantur non obstante.

Item quia alienaciones vel bonis beneficiorum nisi in casibus à jure permisissim valde sunt prohibita ordinarunt quod nullas ex Dominis Canonicis de possessionibus redditibus proventibus proprietatis aliquis quibusvis immobilibus præbenda sua in emphiteosim de novo dare vendre vel quicunque alienationis contractum facere possit nec valeat nec meliora prospicere & hoc arbitrio & de autoritate Capituli.

Item statuerunt quod Domini Canonici ad claves secreti pro tempore deputati dictas claves in capitulo generali Kalendæ omnium sanctorum apporrata & remittere debeant inde capitulariter distribuantur per ordinem confusum videlicet una uni ex senioribus, alia ex junioribus Domini Canonicis dempto sacrificia qui semper suam servet sine mutatione.

Item ordinarunt quod si aliquis Canonicus habens domum particularem promoveatur ad aliquam dignitatem pontificalem ubiquecumque fuerit, seu dignitatem vel officium in Ecclesiæ Gebennensi, cui dignitati vel officio sit dominus connexa, tunc illa domus capitularis quam possidebat tempore promotionis tanquam vacans capitulo libera debet remanere.

Item statuerunt quod quandocunque vacabit domus capitularis per mortem aut affectionem dignitatis, vel officii, tunc illa domus per capulum alicui Canonico Ecclesiæ illam haberi volenti, & de eadem plus offerenti quando fuenterit canonicus & non ultra vendatur & expediatur reservatis prærogativis seniorum qui in præmissis proferuntur.

Item ordinarunt, quod si Canonicus habens domum capitularem aliam de novo vacantem habere voluerit, tunc primam domum infra dies, menses alteri Canonico vendere teneatur, quod si in dicta venditione morosus extitit lapsus termino illa capitulo tanquam exhibita omnino requiratur.

Item statuerunt quod si a casu Canonicus non reperiatur domum sic vacantem habere voluerit eo tunc illa alicui honeste Ecclesiastico viro ad vitam dumtaxat vendi possit, & debet nec in præmissis venditionibus claves domoru predictarum emptoribus ipsarum expediti debent, donec & quoque de pretiis earundem iure sit satisfactum.

Item ordinarunt quod quandocunque vacabit domus capitularis deputentur duo ex Dominis Canonicis qui audiant secretæ illam habere volentem, & referant capitulo pretium oblatum, absque eo quod manifestetur effrenis ad tollendum invidias odia vel favores.

Item statuerunt quod quandocunque vacabunt

A N N O
1484.

A N N O
1484.

domus capitularis deputentur duo ex Dominis canonicis qui audiant secrete illam habere voluntem, & referant capitulo premium oblatum, absque eo quod manifestetur offerens ad tollendum invidias odia vel favores.

Item statuerunt quod quadiocunque vacabunt domus capitulares habentes operatoria quae possint conducere & locari illa nullatenus cum domo vendantur, sed retineantur & ad opus capitulare locentur & tradentur.

Item ordinarunt quod nullus Canonicus dum suam capitularem vendere aut permutare possit in infinitate constitutus si probabilitate dubitetur, quod sit in proximo vacatura & nisi vivat per tres menses ad se venditionis dominus predictus pro tempore omnis suscipio tolatur.

Item statuerunt quod pecuniae, seu pretia dictarum domorum pro medietate in acquirimendo ponantur, alia vero medietas inter illos Canonicos qui fuerint presentes in civitate tempore mortis illorum per quos dictae domus dicuntur vacare & intabulati vel in Kalenda illius mensis fuerint distribuantur.

Item ordinarunt quod nullus ex Dominis Canonicis de possessionibus quae Ecclesie communies dicuntur habere nec tenere possit, & nisi unam quam dimittendo & non alias, alia recipere & tenere possit & sua quam dimisit alteri expeditur semper secundum ordinem de modo optationis praebendarum.

Item statuerunt quod quilibet ex Dominis Canonicis debeat ad minus habere unum equum, mulum, vel mulam adeo honestum, ut illum equitare possit cum honestate debita valoris ad minus viginti florenorum ita & taliter quod sine illo esse non possit ultra mensem sed illo vendito donato, aut alias alienato alium habeat ejusdem pretii vel majoris quantitatis.

Item cum nullus missori probri quem scit indubitanter concubinam habere, audire debeat, nec etiam concubinario celebranti assistere, aut ab ipso sacramenta Ecclesiastica recipere ipsi Domini Canonici ordinariunt, quod nullus ex Dominis Canonicis Vicariis seu habilita in Capellani, Altarista, aut de choro Ecclesie habituatis concubinam sive focialiam habeat de actu veneratio suspectam quod si fecerit, & super iis vel altero ipsorum fuerit infamatus, vel si notorium, aut manifestum & domum dicti Canonici vel alterius de choro habiruati cuiuscunq; dignitatis aut praeminentiae existant ipsa mulier sic suspecta frequentaverit, tunc talis si Canonicus fuerit & in horis divinis, seu Canonicus interficit, etiam non celebret distributiones quotidiana nullatenus lucretur, nec in illis in toto vel in parte portionem recipiat, sed pro absente reputetur donec & quoque de dicto crimenfe emendaverit, si vero inferior Canonico tuerit ab interessenti chori & Ecclesie, ac habitu privetur, nec ad celebrandum aut cantandum aliquibi admittatur supra quorum probatione examen per deputatos a Capitulo sufficiat seu notorietas & infamia laborans.

Item statuerunt quod quilibet ex Dominis Canonicis postquam debitam residentiam per annum fecerit fructusque sue præbendæ receperit teneatur & debeat in ipsa Ecclesia facere & fundare unum anniversarium viginti quinque librarum Gebennensis quod si more preventus non fecerit ejus hæredes & bona possidentes ad illud faciendum omnino teneantur, & omnia ejus bona remaneant capitulo obligata & hypothecata donec & quoque præmissa fuerint completa.

Item ordinarunt quod quilibet ex Dominis Canonicis ubi voluerit in quaunque parte Ec-

clesiae demptis & exceptis choro & sancta sanctorum suam possit eligere sepulturam.

Item statuerunt quod sacraria Ecclesie habeat lectum Canonici defuncti pro medietate & pro alia medietate habeat Rector parvæ fabricæ, & matricularius qui potest redimi si fuerit Præpositus, vel cantor pro sex florenis, si vero simplex Canonicus pro quatuor florenis.

Item prædictus matricularius habeat in solidum armutiam & luminare.

Item ordinarunt quod nobiles laici cives Burgenses & honesti mercatores pro remedio animalium suarum usque ad sexaginta solidos annuales; Altarienses vero Capellani & alii viri nobiles Ecclesiastici usque ad triginta solidos similes ipsi Ecclesiae sanctæ Legatum facientes possint sibi & valeant in eadem eligere sepulturam videlicet à capellis sanctæ crucis & sanctæ Catharinæ usque ad portam majorem prædictæ Ecclesie.

Item statuerunt quod oblationes quæ sunt in luminaribus sepulturarum prædictarum, de fabricis vel in toro corporis defuncti in Ecclesia existente tres partes fabricæ pertineant & quarta matriculario sibi per Rectorem fabricæ distribuenda, quod si corpus præsens non fuerit, aut fiat alia solemnis pro principibus, vel aliis commemoratione tunc matricularius in eadem nihil percipiat; alia vero quæcumque emolumenta ex prædictis sepulturis vel commemorationibus provenientes continuo cedant Rectori fabricæ sine quacunque diminutione.

Item ordinarunt quod quando aliquis ex Dominis Canonicis diem suum claudat extremum, corpus suum intra chorum cum habitu completo & ordinato per probos deferatur super quo corporum unus pannus Ecclesiae honestus per operarium ponatur pro quo panno quinque solidos fabricæ ejus hæredes solvere teneantur.

Item ordinarunt quod quicunque aliqui per venerabile capitulo vel hebdomadarium ad aliquod beneficium sive quamcumque capellaniam in Ecclesia Gebennensi instituentur, præstatre debeant juramenta debitum officium secundum fundationem dictorum officiorum & capellaniarum facere & adimplere, nec non debitam residentiam in choro facere saltem solemnibus duplicitibus & novem lectiōnibus interessando in divinis maxime in primis vesperis matutinis missa magna & ultimus vesperis cum completoriis cum choris cantando & psalmodiendo & ad præmissa per subtractionem anniversariorum vel fructuum suorum beneficiorum primo per Dominum Cantorem & in defectu ipsius per venerabile capitulo compellantur.

Item statuerunt quod si ex fundatione Capella Rector ejusdem ad alias missas teneatur ibi celebrandas, tunc distus Rector infra annum ad Sacerdotium promoveri teneatur, et si fundatio ad hoc arctaverit illam sub pena juris observare teneatur.

Item ordinarunt quod nulli ad titulum Capituli mandetur ad sacros ordines promoveri quibus eo tunc ad sustentandum, aut beneficiandum dictum capitulum eisdem obligatur & raro provideatur.

Item statuerunt quod Rectores vel Altarista Ecclesiae Gebennensis ad residentiam capellarum suarum ex ipsorum fundatione obligati omnino debeant & teneantur residere missasque in illis celebrare vel celebrari facere, ac omne aliud debitum per solvere juxta fundationis & tabulae, ut præmititur ordinacionem, quod si à talibus servitiis vel officiis, ut supra eis incumbentibus vel injunctis juto impedimento cessante per tres menses continuo cessaverint, vel à civitate absentes fuerint nullis per ipsos ad dictis capellis

serviendum

A N N O
1484.

A N N O
1484. servendum deputatis ipsis capellani per vene-
rable capitulum ad quod providete spectat,
priventur & aliis idoneis qui possint & velint
deservire Rectoribus libere conferantur.

Item ordinarunt quod quandocunque aliquis
cujuscunq; gradus, status, aut conditionis
extiterit aliquam capellam in Ecclesia Geben-
nensis fundaverit, tunc collatio ipsius omni-
moda & pleno jure quandocunque vacabit ad
capitulum pertineat absque alterius cujuscunq;
que auctoritate superioris requisitione, sicut in
aliis omnibus pridem fundatis a longo tempore
exitit observarum, super quo tamen ad vo-
luntatem fundatoris pro primo rectore dispen-
sari possit.

Item statuerunt quod omnes capellani sive
Rectores N. instituti vel instituendi per venera-
bile capitulum in capellis Ecclesiae Gebennensis
teneantur & debeant suas constitutiones capella-
rum sub nomine capitulo receptae juxta formam
subscriptam & morem in talibus consuetum sub-
signero Secretarii & sigillo ipsius capitulo nos
capitulum Gebennensis notum facimus universis ha-
rum nostrarum testimonio litterarum quod nos
attendentis altare seu capellam N. fundatam &
dotatam in Ecclesia nostra Gebennensi per N. va-
cantem de praesenti per mortem N. ultimi Re-
ctoris ejusdem ipsius altare & capellam ut pra-
mittitur vacans & quoconque modo vacare
dignoscantur cum ipsis iuribus & pertinentiis
ad nominationem viri venerabilis Domini N.
Concanonici nostri nunc hebdomadarii in officio
cantorae nostre Gebennensis Ecclesiae conferimus
& concedimus per praesentes N. sufficienti & idoneo
ad regimen ipsius altaris & capellae ob-
tinendum, in ipsis altari & capella eundem in-
stituentes & ipsum in Domino salubriter gu-
bernando ponentes, & etiam inducentes ipsum
N. in possessionem praedictorum altaris & ca-
pelle cum ipsis iuribus & pertinentiis tenore
praesentium qui quidem N. nobis ad sancta Dei
Evangelia juravit in praedictis altari & capella
ac choro nostra Ecclesia bene, & fideliter de-
servire ut decet per se vel per alium servito-
rem & in festis solemnibus duplicitibus & novem
lectionum in matutinis, milia magna & vespe-
ris in choro personaliter interesse contineat
quaque praefata altaris & capelle manuteneret,
bona non alienare & alienata pro posse ad sta-
tum debitum reducere & statuta Ecclesiae facta,
& fienda observare suo posse.

Dat. Gebennensis & item ut devote & ordi-
nate altarium missa seu capellarum Ecclesiae ac
alia officia chori celebrentur & dicantur ordi-
narunt fieri tabulam juxta consuetum per Do-
minum Cantorem in loco publico chori tenendam
de missis praedictis per ordinem celebrandis de
officio Cantoris seu hebdomadario ad beneficia
conferendas ac aliis omnibus officiis in choro
fendi secundum quam seu descriptionem ipsius,
ipsi Rectores capellarum per ordinem celebrare
debeant hebdomadarius beneficia conferre &
caeteri alia officia chori ut decet adimplere, & si
quis in praemissis defecerit ultra penas descriptas
arbitrio Domini Cantoris puniatur, & corrigitur,
quod si negligens fuerit capitulum suppletar.

Item quia Domini Canonici pro negotiis ca-
pituli & manutentius re iurum rerum tem-
poralium ipsius pro quibus a Dominis temporali-
bus multipliciter sunt infestati, & inquietati,
ita quod divino officio interdum ut decet vaca-
re non possunt, statuerunt quem ad modum tem-
poribus retroactis exitit ordinatum quod in
futurum sit in ipsa Ecclesia octo Vicarii perpetui
inclusis duobus fundatis per Dominum Guillermo
Chonetam quondam Canonicum Gebennen-

sem qui sunt de legitimo matrimonio procreati
& actu probi & erunt majores in Ecclesia post
Canonicos & nuncupabuntur octo perpetui Vi-
carii seu habilitati Ecclesiae Gebennensis & pri-
vilegiis praerogativis ac honoribus gaudebunt
Cautesque tertius divini cultus & officii Eccle-
sie, in se habebunt duo Vicarii per dictum Domini
num Guillermum, fundati fuerunt aggregati &
adjuncti sex aliis ordinatis per capitulum in
omnibus sine differentia quacunque.

Item ordinarunt quod dicti odo Vicarii seu
habilitati imposterum quotiescumque locus aji-
cujus vel aliquorum vacabat per capitulum po-
nuntur assumuntur, & constituantur, ita quod
honestiores & magis commendati & composti in
vita & moribus gravioresque in verbo & in in-
celli & sufficientiores in officio divino & haben-
tes organa vocis melius disposita ad cantandum
qui ubique sic reperientur & commode haberi
poterunt assumuntur & recipi debant,

Item statuerunt quod dicti octo Vicarii, vel
habilitati continuo interesse debeant & sine in-
termmissione sint in omnibus & singulis horis in
Ecclesia Gebennensis celebrandis & psallendis
nocturnis pariter & diurnis etiam in omni officio
Beatae Mariae Virginis & mortuorum quod se fa-
cturos in sua prima assumptione, & receptione,
solemniter intrare tenebuntur.

Item ordinarunt dictos habitatores esse instal-
atos videlicet quatuor in dextra parte chori su-
perioris & alios quatuor in sinistra juxta ordi-
nem suae receptionis ut qui primus fuerit assump-
tus praecedat sedeatque primus in dextra parte
in quarta sede chori superiore incipiendo a parte
magni altaris & alii mediate sequentes recepti;
id idem servabitur in sinistra parte chori & in
tribus stallis precedentibus utriusque chori erunt
Canonici præbendati.

Item statuerunt quod duo ex dictis habitatibus
primo recepti teneantur & debeant principiare,
& intonare omnes psalmos in omnibus & singu-
lis horis nocturnis & diurnis quilibet in choro suo
prout sit in Ecclesia Metropolitana matrice Vi-
ennensis & qui in parte dextra erit primus,
vocabitur Succentor, qui vero in sinistra Scho-
lasticus. Succentor autem in dextra parte tene-
bitur incipere missas omnes per circuitum anni
exceptis festis duplicitibus & solemnibus qua
inchoari debent per duos Cantores in medio
chori, & hymnos, antiphonas & Responsoria
in processionibus quibuscumque principiare de-
beat ipse Succentor, & quotiescumque vacabit
locus dictorum Succentoris, & Scholastici di-
ctum capitulum de ipsis habent providere & si
quis dictorum Vicariorum legitime fuerit pre-
peditus officium suum alius ex ipsis supplere
poterit.

Item ordinarunt quod in posterum dicti octo
Vicarii vel habilitati possint debeant & tenean-
tur supplere vices canonicorum tam in missis
dicendis in majori & minori vivorum &
defunctorum lectionibus & responsoriis officii diei
& mortuorum quam in aliis omnibus ad quae
vel in quibus ipsis Canonici quomodo cumque
possint teneri exceptis Epistola & Evangelio
& in lectionibus matutinarum qua per Domi-
nos Canonicos diebus solemnibus secundum
descriptionem tabula dicentur, quando trede-
cim candelæ accenduntur & officiant Præpo-
sus & Cantor, & quando Episcopus vel Pra-
latus Ecclesiae celebrabit, & tunc in Epistola &
Evangelio Canonici in missa officiare tenebuntur.

Item statuerunt per capitulum deputati ali-
quem ex dictis habitatibus vel aliis habituatis
qui jurate expresse in capitulo tenentur fideliter
defectus dictorum Vicariorum & altariensium

A N N O
1484.

ANNO
1484.

residentium in choro debentum scribere & notare, nulli quovis modo partendo qui pro labore suo tertiam partem defectuum recipiat, residuum cedat cellario & qui presens non fuerit nihil lucretur nisi sit infirmus, sed perdat tantum de suo proprio quantum illa hora effet lucraturus & cum quolibet singulis mensibus computabit & defectus procuratori tradet qui de lucratibus eis habebit satisfacere.

Item ordinarunt quod non obstante ordinatione praedita de missis per habitatos dicendis in majori altari vel minori possit & libere valeat in iisdem missam celebrare Canonicus præbendatus, si ex devotione moveatur quandoconque voluerit sitque eo tempore illud emolumenntum quod assequebatur per prius sine quacunque diminutione percipiat eo casu quo officium missæ esset eidem ascriptum in tabula videlicet pro qualibet magna missa duodecim denarios, alias non nec alteri committere possit.

Item statuerunt quod quicunque Doctorum Vicariorum & duorum altaristarum defuerit in missa dicenda in majori altari vel minori Evangelio vel quis tota pro missa perdat quatuor solidos pro Evangelio, vel Epistola duos & hæc super univerfaris percipientur.

Item ordinarunt quod si contigerit aliquem octo habitatorum esse altistarum in Ecclesia Gebennensi propter præsentes ordinationes non eximatur à celebratione missiarum in suis altaris fundatarum.

Item statuerunt quod nullus ad aliquod beneficium in Ecclesia Gebennensi admiratur nisi de habitu ipsius Ecclesiae fuerit tempore admissionis quod si fecus factum fuerit illud Domino sit irritum & inane.

Item ordinarunt quod in dicta Ecclesia sint, & perpetuè esse debeant sex parvi innocentes clericuli chori nuncupati, talesque recipiantur, & affirmantur per capitulum, investianturque & habituentur, si non sint prius habituati per Cantorem prout fieri est consuetum qui de legitimo matrimonio sint procreati; facundi fine disformati, quæcumque organa vocis bene disposita ad cantandum habentes & qui in choro ac Ecclesia deseruire debeant quādiū puberes fuerint & usque ad plenam pubertatem videlicet ætatis decem, & octo annorum donec notabiliter mutent vocem ad ipsos quoque pertineat officium ceroferarii & gestare candelabra in missis & processionibus atque alii horis quibus portari consueverunt.

Item statuerunt quod duo ex dictis clericulis singulis diebus feriatis esse debeant in matutinis, missa & vesperis & aliis horis canonici ad antiphonas ante psalmos intonandos versiculos responsiorum & alios in horis suis versiculos dicendum atque Benedicamus in fine & requiescant in pace in officio mortuorum ut est consuetum, diebus vero novem lectionum duplicitum & solemnium omnes maxime in matutinis, missa, & vesperis interesse debeant.

Item ordinarunt quod perpetuo esse debeat unus magister per capitulum deputatus sufficiens & idoneus ad præfatos innocentes instruendum in cantu lectura brevibus longis & accentu debito, atque eos imbuendum in bonis gestis & moribus, sitque de eis sollicitus & singulis diebus post vespertas debeat audire ab illis quid in crastinum habent officiare ea que tunc debent cantare & facere si perfecte sciant, & illos qui nescient, seu alias offendient cum discretione corrigeret.

Item cum maximè Reverendus in ipso pater Dominus Episcopus Gebennensis pro tempore

existens minusque officiarii ejusdem venerabiles capitulum & Dominos illius cononicos omnimodam jurisdictionem non habebant statuerunt quod quotiescumque ipse Dominus Episcopus vel ejus officiarii qualisunque suam adversus ipsos venerabiles capitulum Dominosque Canonicos alterumve eorumdem voluerint potestatem exercere ultra quam sua in eos jurisdictione se extendet tanto ac eo casu ipsi venerabiles, capitulum Dominique Canonicæ tandem possint ac debant, impune à divinis cefare & cessari facere protinus officiis donec ab hujusmodi exercitio potestatis omnino abstinerint, & res fuerint pristino statui restitutæ.

Item ut omnis materia tollatur dubitandi super præmissis & jam conditis statutis ordinarunt quod si aliqua inter ipsa statuta tam edita quam edenda contrarietas, vel in aliquo diminuta, aut nimis ampla vel obscura seu dubia reperiantur quod ipsum venerabile capitulum ad sonum campanæ congregatum tales, dubia & obscuritates declarare, emendare, corriger, nec non diminutis addere, ac superficia tollere possit & valeat, suisque declarationibus, decisionibus, emendationibus & correctionibus omnes quorum interest stare debeant, manere ac omnia justa declarata observare.

Item quia plura sunt negotia quam vocabula adeo ut legis negotiis omnibus vix valeant providere, statuerunt quod si in omnibus ac singulis circa regimem Ecclesie per præmissa statuta tam in ceremoniis quam in quibusunque aliis non fuerit sufficienter & legitime provisum & provisio in aliquo esset quovismodo necessaria tunc recurratur & recursus haberi debeat ad illud quod in casu simili servatur in Ecclesia Metropolitana Viennensi secundum cuius statuta talis defectus qui fuerit suppleatur.

Item ut nullus amplius materiam habeat vagandi per varia & diversa statuta ordinarunt quod omnes ac singuli Domini Præpositi Cantores & Canonicæ nec non Altaristæ, Capellani, Choristæ & habituati & ceteri quos præmissa statuta concernunt tam præsentes quam futuri illa reneantur & debeant in posterum servare quantum erit possibile & de illis servandis iuramentum præstare aliis quibuslibet statutis extravagantibus & in diversis libris quomodo libet descriptis ex nunc penitus retroactis & amplius non servandis quibus nec aliquam ab inde fidem præstari voluerunt, sed illa omnino per præsentes statuta, ac ordinationes revocantur & annullarunt, revocantque & annulant istis solis præsenti & supra scriptis in rebore permansuir.

Quæ quidem capitula & ordinationes supra scriptæ numero centum, & quinquaginta inclusiō earum exordio cum hac conclusione in præfato Venerabili capitulo in quo præsentes aderant reverendi ac venerabiles Guillermus de Fitignaco Præpositus. Petrus de Viriaco. Petramandus de Saconay. Franciscus de Saconay de Charnesonay. Petrus de Lonay. Antonius de Villaco decretorum Doctor Apostolicus Prothonotarius. Philippus de Compesto Apostolicus Prothonotarius. Martinus de Birole. Joannes de sancto amore. Joannes de Lornay Apostolicus Prothonotarius. Guillermus de Greges. Ludovicus de Lornay. Richardus de Rosellione. Andreas de Grosses, & Jeronimus de sancto Michaeli. Juris utriusque Doctor Canonici prædictæ Cathedralis Ecclesie sancti Petri Gebennensis fuerunt discrepantes conclusæ, & per me Guillermum Fagesauyer, Civem Gebennensem Apostolicum, ac Imperiale Notarium Ducalemque Sabaudiae & ejusdem

ANNO
1484.

venerabi-

ANNO
1486.

venerabilis capituli secretarium in forma qua supra de mandato Prænominatorum Reverendorum ac venerabilium Dominorum Præpositi, & Canonicorum præsentium suis, ac ceterorum Reverendorum & Venerabilium Dominorum Canonicorum absentium ejusdem Capituli ac futuræ in illo totius posteritatis nominibus redacta & signo meo assueta die vigesima quarta mensis Septembris anno Domini currente millesimo quatercentesimo octuagesimo tertio, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Sixti PP. iiiij. anno tertio decimo manu alterius sub signatae in testimonium veritatis eorum omnium, ac singulorum sub appositione utriusque sigillorum ejusdem Capituli.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, communionis, supplicationis & confessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc autem attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo octuagesimo quarto, Pontificatus nostri anno primo.

II.
Ex. Ach.
Angl. Rimer
Tom. XII.
pag. 297.

Bulla super Successione in Regno Angliae approbatoria, & contra Rebello excommunicatoria; anno 1486.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, in quo potestatis plenitudo consistit, inter curas multiplices, quibus rerum negotiorumque varietibus continuè premitur, ad ea ex debito Pastoralis Officii sibi commissi sollicite intendere debet, per quæ inter Catholicos Principes eorumque Vasallos & subditos pacis, & quietis coadjuvante Domino conservetur amicitia, & quæ his contraria sunt, ac scandala producunt per suæ Vigilantie studium radicibus extirpentur, prout personarum locorum & temporum qualitate pensata, id in Domino consipit salubriter expedire. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo Filii nostri Henrici VII. Angliae Regis illustris, & dilectæ in Christo filie nobilis mulieris Elizabethæ claræ memoria Eduardi IV. dicti Regni olim Regis Primogenitæ, Nobis exposto quod ipsi, ad submovendum contentiones, quæ de Regno ipso fuerant inter eorum Prædecessores de Lancastria de qua Henricus ipse Rex, & Eboracenfis inclitis domibus, & familiis dicti Regni, de qua Elizabeth, præfati originem trahebant, quarum occasione in Regno ipso grandia scandala retroactis temporibus exorta fuerant, desiderabant invicem matrimonium contrahere, Sed quia quarto & quarto consanguinitatis,

& forsan affinitatis gradibus invicem conjuncti erant, eorum desiderium hujusmodi in ea parte adimplere non poterant dispensatione Apostolica desuper non obtenta, Nos, tunc cupientes perpetua tranquillitatæ paci & quieti dicti Regni, quemadmodum decet pius, & communem Patrem & Pastorem, omnium Christianorum providere, ac discordias, quæ in eo Regno diu inter descendentes ex Dominibus prædictis, cum maximo ipsius Regni detimento, viguerant, finem imponere, illaque futuris dissensionibus occurrendo pacatum & quietum perpetuis temporibus reddere, ac Christiani Sanguinis effusionem evitare cum eidem Henrico Rege & Elisabetha, ut hujusmodi consanguinitatis & forsan affinitatis impedimentis non obstantibus, matrimonium inter se contrahere, & in eo postquam contractum foret remanere liberè & licet posset, per alias nostras litteras gratiore dispensavimus, suscipiendam ex hujusmodi matrimonio problem legitimam nuntiando. Cum autem sicut accepimus, Henricus Rex præfatus, quanquam non modo jure belli ac notorio & indubitate proximo successionis Titulo, verum etiam omnium Prælatorum, Procerum, Magnatum nobilium totiusque ejusdem Regni Angliae Plebis Electione & Voto, nec non Decreto statuto & ordinatione ipsius Angliae Regni trium statuum in ipsorum Conventu, Parliamento nuncupato, propter hoc publicè & generaliter celebrato, Jus ipsius Regni Angliae ad ipsum Henricum VII. Angliae Regem suosque Hæredes suo ex corpore procreandos indubitanter de Jure pertineret eidemque datum foret. Ad omnes tamen discordias & dissensiones, quæ olim inter illustres Lancastriæ & Eboracenfem Domos prædictas viguerant tollendas atque in perpetuum abolendas, ac pro firma & perpetua pace in eodem Regno observanda ad præcipuam & specialem ipsorum trium statuum dicti Regni requisiitionem, assenserit eandem Elizabetham Præcipissam, immortalis famæ Regis Eduardi præfati primogenitam & veram hæredem, ducere habereque in uxorem, dommodo primitus à nobis opportuna dispensatio super impedimentis prædictis obtinerent. Nos qui una cum Venerabilibus Fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus omnia & singula supra dicta paterna caritate considerantes non solum super matrimonio hujusmodi inter Henricum Regem & Elizabetham Præcipissam præfatos ut præfertur contrahendo, ex causis supra dictis, predictas nostras litteras dispensavimus, sed etiam Problem suscipiendam ex eo ad succedendam eisdem Regi & Elizabethæ legitimam nuntiavimus, prout in ipsius dispensationis litteris Apostolicis plenius continetur, motu proprio, non ad Henrici Regis, aut Elizabethæ prædictorum aut alterius pro nobis super hoc oblatæ, petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate & ex certa nostra scientia, hujusmodi dispensationem nec non matrimonium, illius vigore prædictæ contrahendum, seu, cuiusvis alterius dispensationis desuper à sede Apostolica, vel illius penitentiaria aut Legatis, sive Nunciis, ad id facultatem ab eadem

ANNO
1486.

ANNO
1486.

fede habentibus, forsan obtentæ, pro tempore contractum, quarum quidem litterarum nostrarum, & aliarum prædictarum dispensationum tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum infererentur habere volumus pro expressis, legitimamque liberorum successionem, ac etiam declarationem pronunciationem, & decretum Parliamenti, tam super titulo ipsius Henrici Regis, quam super successione liborum ac hæredum suorum nec non omnia alia & singula præmissa auctoritate Apostolica præsentium tenore confirmamus & approbamus, ac robur perpetua & inviolabilis vere firmitatis obtinere eadem auctoritate pronuntiamus, decernimus atque declaramus supplemusque omnes & singulos defectus, tam juris, quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem aut aliquo præmissorum. Monemusque, & requirimus, motu scientia, & auctoritate prædictis omnes & singulos dicti Regni incolas & ejusdem Henrici Regis subditos, cujuscumque gradus, status, seu conditionis existant, etiam si Ducali, vel majori dignitate præfulgeant, eisque, & cuilibet eorum distictè præcipiendo inhibemus, ne ipsi, aut aliquis eorum novos tumultus, occasione juris succedendi hujusmodi, vel quocumque quovis quæsto colore, aut quacumque alia causa, in eodem Regno per se, vel alium seu alios movere seu moveri facere, dispensationi, declarationi, & decreto hujusmodi, aut paci & tranquillitati ipsius Angliae Regni contraveniendo quovis modo præsumant, sub excommunicationis & majoris anathematis pena. Quam omnes & singuli hujusmodi tumultus novos excitantes vel excitari facientes atque pacem & Regni præfati tranquillitatem posthac nequiter perturbantes aut prædictis contravenientes ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc cujuscumque, ut præfertur dignitatis status, gradus, seu conditionis existant, etiam si Ducali aut majori præfulgeant dignitate, eo ipso incurvant, eosque incurrire & illius vinculo innodatos & involutos ipso facto esse eisdem motu scientia & auctoritate volumus, statuimus, atque declaramus. A quo quidem excommunicationis & Anathematis vinculo ab aliquo quam sede Apostolica præfata, aut cui ipsa fides id specialiter & specificè commiserit, præterquam in mortis articulo constituto, nequeant absolutio beneficium obtainere. Et si, quod Deus avertat, contingat ipsam Elizabetham, prole ex dicto Henrico Rege non suscepta, vel suscepta non tamen tunc superstite, decidere ante ipsum Regem, eo casu prolem ex ipso Rege Henrico & alia quacunque ejus legitima uxore, ab eo superducenda, in omni jure hæreditario Regni hujusmodi juxta ante dictum ipsius Parliamenti Decretum, & hujusmodi nostrum, illius approbationem, & confirmationem super hujusmodi Decretum, & aliis prædictis, ut præmittitur, factam succedere debere similibus motu, scientia, & auctoritate decernimus & declaramus. Et ne in hujusmodi eventum, quispam prolis præfatae successionem hujusmodi, quovis quæsto colore, impedit aut impediendum novos tumultus in

codem Regno per se vel alios excitare, vel ANNO 1486.
excitari facere, vel procurare præsumat, sub præfatis censuris, & penis, quas omnes & singuli novos tumultus ut præfertur, ex qua cuncte causa in contrarium excitantes, aut excitari facientes, eo ipso incurant, & à quibus ab alio quam sede prædicta, & cui sedes ipsa id specialiter commiserit absolvit nequeant, præterquam in mortis Articulo constituti, par motu scientia, & auctoritate prohibemus. Et quoscunque, tam Principes, quam dicti Regni incolas præstantes opem & succursum, eidem Henrico Regi, ejusve descendenteribus in eodem Regno successoribus Angliae Regibus, contra eorum Rebelles, aut aliqua contra præmissa quovis pacto molientes, eisdem motu scientia & auctoritate benedicimus, & illis, quos sic faciendo in tam justa causa decidere contingit, plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam & remissionem elargimur. Et nihilominus universi, & singulis Episcopis Monasteriorum Abbatibus Metropolitanis, & aliarum Cathedralium, & Collegiatarum Decanis, Archidiaconis, Canonicis, Pærochialiumque, & aliarum Ecclesiastarum Rectoribus, five Vicariis perpetuis, Prioratum & Domorum cujusvis etiam mendicantium ordinum Prioribus & Guardianis, & quibuscumque aliis Ecclesiasticis Personis exemplis & non exemplis similibus motu scientia, & auctoritate, sub interdicti ingressu Ecclesiae in Episcopos, & superiores, ac excommunicationis late sententia poena in inferiores ab eis, eo ipso per eos si non paruerint incurrenda, mandamus quatinus ipsi & qualibet eorum, cum pro parte præfati Henrici Regis hæredum & successorum suorum hujusmodi quorumcunque fuerint de super requisiti, contravenientes hujusmodi & novos tumultus excitantes in Ecclesie suis, & aliis locis publicis inter missarum, & aliorum divinorum officiorum solemnia, nec non aliis temporibus congruis, totiens quotiens requisiti fuerint, excommunicatos, & Anathematizatos esse, & hujusmodi sententias & censuras incurrisse publicè nuntient, faciantque ab aliis nunciari, & ab omnibus artiis evitari, ac legitimis super his habendis servatis Processibus, censuras & peccas hujusmodi iteratis vicibus aggravent, Contradictores quolibet & rebeller per censuram Ecclesiasticam & alia Juris remedia appellatione postposita, compelendo invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus constitutionibus ordinationibus Apostolicis, censuris quoque per nos & sedem præfatae privilegiis & litteris Apostolicis, quibus illa etiam si de eis eorumque totis tenoribus, seu quævis alia expressio habenda esset, & in eis caveretur expresse quod illis non intelligeretur unquam derogatum, nisi dum & quotiens sub certis inibi expressis modo & forma contingenter derogari præsentibus, pro expressis & insertis habentes quoad præmissa specialiter & expresse derogamus contraria quibuscumque, seu si eisdem Episcopis, Abbatibus, Decanis, Archidiaconis, Rectoribus, Vicariis perpetuis, Prioribus, Guardianis, & aliis Ecclesiasticis Personis ac Ducibus, & aliis prædictis vel quibusvis communiter vel divisum à dicta sit

sede

ANNO
1486.

fede indulatum quod interdicere, suspendere, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & qualibet alia dicta sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus eorum impediti valeat quomodolibet vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostra Confirmationis, Approbationis, Pronuntiationis, Constitutionis, Declarationis, Suppletionis, Monitionis, Requisitionis, Inhibitionis, Voluntatis, Statuti, Decreti, Prohibitionis, Benedictionis, Concessionis, Mandati, & Derogationis infringere &c.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quadringentesimo octuagesimo sexto, sexto Calendas Aprilis Pontificatus nostri anno secundo.

III.
Ex ibid.
pag. 313.

Bulla de matrimonio inter Henricum septimum & Elizabetham Filiam Eduardi Quarti: anno 1486.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Redemptoris & Domini nostri Iesu Christi, qui ut humanum genus propter primi parentis lapsum Deo patri reconciliaret in Crucis ara mortem subire, & tandem ad celos auctensurus, pacem discipulis suis testamento relinquere dignatus est, vices liceit immeriti tenentes in terris, ea quæ sacrorum Capnonum temperato rigore pro fidelium quorumlibet, potissimum dignitatis & prosapia prærogativa fulgentium perpetua pace, & quiete, ac animarum salute, & ut fideles ipsi, suppressis quibusvis contentionum & dissidiiorum fomentis, pacis & quietis amicitias fruantur, provide sedis Apostolicae auctoritate facta, & concessa cognoscimus, ne in dubietatis scrupulum prolabantur, sed perpetuo, firma & illibata persistant, uberiori ejusdem sedis munimine corroboramus, prout rerum & personarum qualitatibus inspectis, cognoscimus in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem cum carissimus in Christo filius noster Henricus septimus Angliae Rex, & carissima in Christo filia Elizabetha Regina, & primogenita claræ memoria Eduardi Quarti dicti Regni nuper Regis, illustres quarto & quarto consanguinitatis gradibus invicem conjuncti, pro pace in eorum Regno Angliae nutrienda & confovenda, invicem matrimonialiter copulari desiderarent. Venerabilis Frater noster Jacobus Episcopus Imolensis noster & sedis praedictæ in Angliae praefato & Scotorum Regnis cum potestate Legati de latere Orator, & Commissarius, vigore quarundam aliarum nostrarum litterarum per quas inter cetera eidem Jacobo Episcopo cum

duodecim personis, quarto affinitatis vel consanguinitatis gradibus invicem se attingentibus & desiderantibus invicem matrimonialiter copulari, ut matrimonia inter se contrahere, & in eis sic contractis etiam remanere possent, dispensandi, prolemque per eos suscipiendam legitimam decernendi, facultatem concessimus; cum eisdem Henrico Rege, & Elizabetha Regina, ut impedimento consanguinitatis hujusmodi non obstante, matrimonium inter se contrahere, & in eo postquam contractum foret licet remanere possent, dispensavit, prolem ex hujusmodi inter eos tunc contrahendo matrimonio suscipiendam, legitimam decernendo, prout in ipsius Jacobi Episcopi litteris ejus sigillo munitis, quarum tenores praesentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, plenus dicitur contineri. Postmodum verò ut accepimus Henricus Rex & Elizabetha Regina prefati litterarum Jacobi Episcopi & dispensationis hujusmodi obtenuerunt, matrimonium, inter se per verba legitimè de praesenti contraxerunt, & cum solemnitatibus in dicto Regno Angliae observari solitis solemnizarunt, & tandem carnali copula summarunt. Cum autem, sicut similiter accepimus, Henricus Rex & Elizabetha Regina prefati cupiant præmissis, pro eorum subsistencia firmiori, robur nostræ confirmationis adjici. Nos, qui Regis pacifici vestigia imitando inter fideles quoslibet, præcipue præclarai generis sublimitate conspicuos, ex quorum votivo successu plurimorum dependet salus fidelium, pacis & tranquillitatis communia supreamis desiderii affectamus, ut Henricus Rex & Elizabetha Regina prefati, liberè & quiete, absque aliquo conscientiae scrupulo, in hujusmodi sic per eos contracto matrimonio perpetuo permanere valeant, & ne imposterum de viribus ipsius matrimonii per quempiam haesitari contingat providere volentes, motu proprio, non ad ipsorum Henrici Regis & Elizabethæ Reginæ, vel alterius pro eius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra deliberatione & voluntate, obtentam per eos, à dicto Episcopo & Nuncio dispensationem prædictam, & prout illam concernunt omniaque & singula in ejusdem Episcopi litteris prædictis contenta & inde secura quacunque auctoritate Apostolica, ex certa scientia & de plenitudine potestatis, tenore praesentium, confirmamus & approbamus, ac plenum firmitatis robur obtinuisse & obtinere, ipsumque matrimonium legitime contractum fuisse, & legitime fore in omnibus & per omnia perinde ac si cum eisdem Henrico Rege & Elizabetha Regina, ut impedimento prædicto non obstante, invicem matrimonialiter copulari, & in contracto postmodum per eos matrimonio remanere possent, suscipiendam ex illo prolem legitimam nuntiando alias juxta dictarum litterarum Episcopi prefati continentiam atque formam ab initio per nos dispensatum fuisse, & quæ in præmissis à dicto Episcopo facta fuerunt à nobis immediate, nostroque proprio ore processissent, motu, scientia, & auctoritate similibus decernimus supplemusque omnes & sinistros defectus tam juris, quam facti, ac etiam

ANNO
1486.

ANNO
1487.

solemnitatis forsitan omisæ, si qui forsitan intervenirent in eisdem. Eosdem Henricum Regem & Elizabetham Reginam ac matrimonium ipsum per eos contractum, Redemptoris prefati, ac Beati Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate benedicentes. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, constitutionis, supplicationis, benedictionis, & voluntatis infringere &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domini millesimo quadragesimo, octuagesimo sexto, Decimo Calendas Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

IV.
ibidem
pag. 324.

Commissione Archiepiscopo Cantuariensi pro absolutione Tumultuantum: anno 1487.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Archiepiscopo Cantuariensi, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Apostolicæ sedis indefessa clementia lapsis, ad eam post excessum cum humilitate recurrentibus, personis libenter se propitiari, & benignam exhibere, & dum id humiliter petierint suæ pietatis gremium aperire consuevit. Dudum squidem, pro conservanda pace, & quiete in Regno Angliae, & ex certis aliis tunc expressis causis, per alias nostras litteras, motu proprio, & ex certa scientia, auctoritate Apostolica monimus & requivimus omnes & singulos dicti Regni incolas & carissimi in Christo Filii nostri Henrici septimi Angliae Regis illustris subditos, cujuscumque gradus, status, seu conditionis existent, etiam Ducali vel majori Dignitate fulgerent, eisque & cuiilibet eorum, districte præcipiendo inhibuimus ne ipsi aut aliqui eorum novos tumultus occasione juris succedendi in dicto Regno, vel quovis quæstrio colore aut quacunque alia causa in eodem Regno per se vel alium, seu alios movere seu moveri facere, aut paci & tranquillitatì dicti Regni contravenire quovis modo præsumerent sub excommunicationis & majoris anathematis poena, quam omnes & singuli hujusmodi tumultus novos excitantes vel excitari facientes, atque pacem & Regni prefati tranquillitatem perturbantes, aut prædictis contravenientes, ex tunc, cujuscunque, ut præfertur dignitatis, status, gradus, seu conditionis existent, etiam Ducali, aut majori præfulgerent dignitate, eo ipso incurrent eosque incurre, & illius vinculo innodatos, & involutos ipso facto esse, eisdem motu, scientia, & auctoritate voluimus, statuimus, decrevimus, atque declaravimus. A quo quidem excommu-

nicationis & anathematis vinculo, ab alio quam sede præfata, aut cui sedes ipsa id specialiter & specificè committeret, præterquam in mortis articulo constituti nequirent beneficium obtinere, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem sicut præfatus Rex nobis nuper exponi fecit, aliqui ex prædictis monitis, qui hujusmodi excommunicationis sententiam incurserunt, desiderent, pro serenitate conscientiarum suarum ab illa absolvī, pro parte ejusdem Regis nobis fuit humilius supplicatum ut ipsos, & eorum singulos ab hujusmodi excommunicationis sententia absolvī mandare, aliasque eis & eorum statui in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, attentes quod præfatae sedis exuberans clemens cum humilitate pertinentibus veniam non consuevit denegare, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitatem per Apostolica scripta committimus & mandamus quatinus per te, vel alium, seu alios idoneos, quos ad hoc duxeris eligendos, super quo tuam conscientiam oneramus omnes & singulos excommunicationis sententia hujusmodi innodatos, qui id humiliiter petierint, ab illa auctoritate nostra, hac vice dunxat absolvias in forma Ecclesiæ consueta; injunctis eis inter alia, sub virtute præstandi juramenti, quod de cætero talia non committent nec ea committentibus præstatibant auxilium, consilium, vel favorem, ac pro medo culpæ penitentia salutari, & aliis quæ de jure fuerint injungenda: Non obstantibus præmissis ac Apostolicis, nec non bonæ memorie Ottonis & Ottoboni, olim in dicto Regno ejusdem sedis Legatorum, ac in provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice millesimo quadragesimo octuagesimo septimo, octavo Id. Augusti, Pontificatus nostri anno tertio.

ANNO
1487.

ANNO
1488.V.
Ex. Arch.
Angl. Rime:
Tom. XII.
pag. 332.

Bulla contra Hibernicos Prælatos qui Lambertum Symnell prætempsum de jure, de Facto in Regem coronarunt: anno 1488.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Casselensi, & Tuamensi Archiepiscopis, ac Clochorensi, & Ossoriensi Episcopis, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Romani Pontificis prævidentia circumspeta ad ea libenter intendit, per qua exel-fus & crimina per Ecclesiasticas personas præfertim Pontificali dignitate prædictas, quæ omni debent carcere macula vitiorum & alios eorum bonis operibus & exemplis ad bene vivendum & suis Principibus obediendum inducere & à rebellionibus ac seditionibus præcavere, debitè puniantur, ut alii, hujusmodi exemplo ducti, à similibus de cetero studeant abstinere. Nuper siquidem ad nostrum non sine maxima animi nostri perturbatione pervenit auditum, quod Venerabiles Fratres nostri Octavianus Arnachanensis, & Valterius Dublinensis, Archiepiscopi, ac Johannes Midenis & Modernus Darenensis Episcopi, nescitur quo Spiritu, nisi maligno, ducti, monitionibus, mandatis, & inhibitionibus per nos contra novos tumultus in Regno Angliae moventes, seu moveari facientes, aut paci, & tranquillitati dicti Regni contravenientes, nec non carissimo filio nostro Henrico ejusdem Regni Regi illustri & Hiberniae Domino inobedientes sibiique Rebels, factis, ac Sententiis, Censuris, & pœnis contra eos promulgatis, contemptis, proprio postergato honore, Deique Timore postposito Hostibus & Rebellenbus præfati Regis adhaerere, ac opem consilium, auxilium & favorem præstare non erubuerunt, quinimo, quod pejus & abominabilius est, ad magis perturbandum quietem & tranquillitatem dicti Regni quemdam puerum, de illegitimo thoro natum, & quem Filium quandam Ducis clarentiae fore falso consingebant, in ipsius Regni Regem ausu temerario quamvis de facto exerunt & coronarunt, quem præfatus Rex, Victoria potius jam in manibus suis habuit, Crimen læse Majestatis commitendo, nec non sententias censuras, & pœnas prædictas damnabiliter incurrendo, in non modicum ejusdem Regis præjudicium, & detrimentum, pacis & quietis Regni & sui Dominii Hiberniae prædictorum perturbationem animarum suarum periculum, dignitatis Pontificalis opprobrium perniciosum quoque exemplum & scandalum plurimorum. Nos igitur, volentes desuper, antequam majora scandala sequantur, prout ex debito Pastoralis tenemur Officii, debitè providere, & eosdem Archiepiscopos, & Episcopos, juxta suorum

exigentiam demeritorum comperta veritate punire.

ANNO
1488.

Fraternitati vestræ, de qua in his & aliis speciale in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatinus vos, vel duo vestrum per vosmetiplos, de premissis omnibus auctoritate nostra vos secrete diligenter informetis & inquiratis. Et quicquid desuper comperitis, id totum nobis per processum vestrum, vestris, vel duorum vestrum sigillis signatum, ad nos per proprium nuncium quicunq; quantocius destinabitis fideliter significare curabitis. Ut exinde, omnibus diligenter examinatis, de Consilio fratrum nostrorum sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium secundum Canones & Decreta Sanctorum Patrum contra eosdem Archiepiscopos & Episcopos debitè procedere possimus. Super quibus omnibus & singulis vobis, quoad hoc, plenam, liberam, & omnimodam harum serie concedimus facultatem. Non obstanti bus Apostolicis, nec non in provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus ceterisque contrariis quibuscumque. Vos autem in hujusmodi negotio ita accurate, diligenter, fideliter & prudenter, prout de vobis confidimus vos gerere studeatis, quod apud nos, & hanc sanctam sedem non immerito possitis commendari.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo septimo, octuagesimo septimo, non. Januarii, Pontificatus nostri anno quarto.

ANNO
1488.V. I.
Ex ibid.
p. 341.Bulla contra tumultus excitantes super Ju-
re succedendi in Regno Angliae: anno
1488.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei me-
moriem.*

S Edis Apostolicae Providentia plurimi circumspecta intenta saluti animarum CHRISTI fidelium, ac Paci, quieti, & tranquillitati Catholicorum Regum & Principum, Regnorumque, & Dominiorum eorundem conservationi dubia que ex ordinatis propterea per eam pro tempore oriuntur dilucidat & declarat, & sic ordinata ampliat & extendit prout in Domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem ad obviandum Bellis & dissensionibus quae in Regno Angliae, retroactis temporibus, occasione Juris succedendi in eodem Regno inter Praedecessores carissimi in Christo filii nostri Henrici septimi Regis, & carissimae in Christo filia nostra Elizabethae Reginae Angliae illustrum, humani generis hoste procurante, diu viguerant inter cetera, motu proprio, & ex certa nostra scientia, per alias nostras litteras, monuimus, & requisivimus, omnes & singulos dicti Regni incollas, & ejusdem Henrici Regis subditos cuiuscumque gradus, status & conditionis existenter, etiamsi Ducali vel majori dignitate præfulgerent, eisque & cuilibet eorum distictè præcipiendo, inhibuimus, ne ipsi aut aliquis eorum novos tumultus, occasione dicti Juris succedendi in dicto Regno, vel quovis quæsito colore, aut quacunque alia de causa, per se vel alium seu alios movere seu moveri facere, aut paci & tranquillitatiphi Regni contravenire quovis modo præsumerent, sub excommunicationis & majoris Anathematis poena. Quam omnes & singuli, hujusmodi tumultus novos excitantes vel excitari facientes, ac Pacem & Regni præfati tranquillitatem perturbantes, aut prædictis contravenientes, ex tunc eo ipso incurrerent, eosque incurtere & illius vinculo innodatos & involutos ipso facto esse eidem motu & scientia volumus, statuimus, decrevimus, & declaramus. A quo quidem excommunicationis & anathematis vinculo ab ullo quam sède prædicta, aut cui ipsa sedes id specialiter, & pacificè committeret, praeter quam in mortis articulo constituti nequirent absolutionis beneficium. Et quoscunque tam Principes exteriores, quam dicti Regni Incollas præstantes opem & succursum eidem Henrico Regi ejusque descendientibus in eodem Regno successoribus Angliae Regibus, contra eorum Rebelloes, aut aliqua contra præmissa quovis pacto molientes, eisdem motu & scientia benediximus, & illis quos sic faciendo in tam iusta causa decidere contingere, plenam omnium peccatorum suorum Indulgentiam

& remissionem clargiti fuimus. Deputatis etiam super his executoribus, qui tales publicarent & facerent ab aliis publicari, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras & poenas prædictas iteratis vicibus aggravarent. Prout in eisdem litteris, quarum tenorem, ac si de verbo ad verbum præsentibus insereretur, haberi volumus pro sufficienter expresso plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, à nonnullis revocetur in dubium an in monitione, requisitione, inhibitione, & litteris prædictis includantur Hiberniae, & aliorum locorum temporali Dominio dicti Regis subjectorum, extra ramum Regnum prædictum consistentium, Incolæ monitioni, Requisitioni, & Inhibitioni prædictis non parentes? Vereanturque Rex & Regina prædicti nè Ecclesiastice Personæ Regni & Dominiorum prædictorum, in prædictis litteris non inclusæ, hujusmodi novos tumultus & perturbations excitant & faciant ac procurent ab aliis excitari. Nos, Quibus ex Pastorali Officio præcipue conservandæ Pacis & quietis inter Populos & Regna Christiana cura incumbit, super his debitè providere, ne fidelium animæ aliquorum perversorum suatione censuris & poenis prædictis illaqueatæ remaneant, hujusmodi ambiguitatis dubium summovere, & ne Ecclesiastice Personæ prædictæ ad ea que secularibus Personis interdicta sunt impune prorumpant, providere volentes, motu simili, non ad eorundem Regis & Reginæ, aut ad alicuius alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex simili scientia auctoritate Apostolica tenore præsentium, declaramus Hiberniae, & aliorum locorum & Dominiorum dicto Regi subjectorum extra dictum Regnum consistentium Incollas seculares, qui hujusmodi novos tumultus, occasione dicti juris succedendi, in eisdem Regno, & Dominis, vel alias movere & excitare non verebuntur, cujuscunque Dignitatis, Status, Gradus, Ordinis, conditionis, vel Præminentia sint vel fuerint, in prædictis monitione, requisitione, inhibitione, & litteris inclusos esse, & illos ex eis, qui monitioni, requisitioni, & inhibitioni prædictis non paruerint excommunicationis, & anathematis sententiam prædictam incurrere debere, & eosdem executores ac ab eis deputatos subexecutores excommunicatos & anathematizatos publicè nunciare, & ad censuram earumdem aggravationem contra eos procedere, & alia eis demandata facere posse juxta litterarum earumdem continentiam atque formam, & sic nostræ intentionis esse, ac per quoscunque Auditores & Judices etiam Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, in quavis causa judicari & interpretari debere, sublata eis, & cuilibet eorum quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, ac irritum & irane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentati, eis-

ANNO
1488.

dem

ANNO
1488.

dem motu, scientia, & auctoritate decernimus. Ac eaſdem monitionem Requisitionem, & inhibitionem ad personas Ecclesiasticas, etiam cujuſvis ordinis, Religioſas exemptas non exemptas in præfatis Regno & Hibernia, ac illis Dominis ipſius Régis constitutas, cujuſunque ſtatus, Gaudus, Ordinis & Conditionis exiftant, etiamſi Epifcopali, vel alia quavis etiam majori Ecclesiastica dignitate præfulgeant, familios motu, Scientia & auctoritate extendimus, & extendendo eaſdem Ecclesiasticas Perſonas & quamlibet carum dicta auctoritate pari modo monenmus, requiri mus & inhibemus eisdem, ne novos tumultus hujusmodi iufcitatē moveare, ſeu jam motos fovere nutrire, & manutene re, ſeu quempiam ad illos incitare, neve paci & tranquilitati ipſius Regni & Domini mortuū ejūdem Regis, etiam extra Regnum ipſiū cōſentientium, contravenire, quovis modo prafumant, ſub interdicti ingressiis Eccleſia per Epifcopos & ſuperiores ab eis, & excommunicationis ac anathematis latæ ſententiæ poenā per alios inferiores ab eis qui contravenerint eo ipſo incurraſt, ita ut ſi Epifcopali & majori dignitate Ecclesiastica fungentes ſub hujusmodi interdicto per décem dies permanere non formidaverint, ex tunc, lapsi Diebus eisdem à ſuarum Eccleſiarum regimilitibus ſuſpensi exiſtant, & ſi ſuſpensionem eandem per viginti dies, præfatos deceri dies immediate ſequentes, animo quod abſit, ſuſtinuerint indurato excommunicationis, & majoris anathematicis ſententia, prout & alijs inferioris innodati ſint & eſſe ceneſantur eo ipſo. Non obſtantibus præmiffis ac Apoſtolicis, nec non bona memoria Ottonis & Ottoboni olim in diecto Re gno Angliae ejusdem Sedis Legatorum, ac in Provincialibus, & Sinodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non omnibus illis qua in litteris praedictis voluimus non obſtare, ceterisque contrariis quibutque, & quia difficile foret praefentes & alias litteras praedictas, ad ſingula quaque loca, in quibus expediens fuerit, deſtere, volumus & eadem auctoritate decernimus quod illarum transumptis, manu publici notarii inde rogati ſubscriptis, & ſigillo alicuius perſone in Ecclesiastica dignitate conſtitutae aut curiae Ecclesiasticae munitis, ea proſuſ in judicio & extra, & alias ubilibet fides adhibeatur qua preſentibus & alijs litteris praedictis adhibetur ſi eſſent exhibita vel offendit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conſtitutionis extenſionis, monitionis, requisitionis, Inhibitionis, voluntatis, & decreti, infringere &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quadringentesimo nonagesimo, non. Novembris, Pontificatus noſtri anno septimo.

ANNO
1490.

Bulla Innocentii VIII. pro receptione Antonii Championis nominati ab illo ad Eccleſiam Gebennensem: an. 1490.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, dilectis Filiis populo Civitatis & Diœcesis Gebennensis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Hodie ſiquidem venerabilem fratrem noſtrum Antonium Epifcopum Gebennensem à vinculo quo Eccleſiae moniti regalis, cui tunc praeerat, tenebatur, de fratrum noſtrorum confilio & apostolicae potestatis plenitudine abſolvimus, & ad Eccleſiam Gebennensem tunc certo modo vacante de corundem fratrum confilio auctoritate Apoſtolica tranſtulimus, ipſumque eidem Eccleſiae Gebennensi prae fecimus in Epifcopum & Paſtorem, cu ram & administrationem dictæ Eccleſiae Gebennensis ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris inde confeſtis litteris plenius con tinetur.

Quocirca universitatem veſtram monemus & hortamur attente per Apoſtolica ſcripta vobis mandantes, quatinus cum dem Antonium Epifcopum tanquam Pa trem & Paſtorem animatum veſtrarum devote ſuſcipientes & debita honorificen tia proſequentes, ejus monitis & manda tis ſalubriter & humiliter intendatis, ita quod ipſe Antonius Epifcopus in vobis devotionis filios, & vos in eo per confe quens patrem inveniſſe beniſolum ga deatis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quadringentesimo nonagesimo, non. Novembris, Pontificatus noſtri anno septimo.

, Novemb.
1490.

B. Bagarethus.



ADDENDA
